 sibi penè in deserto perire. Nil oportunitus subdendis  
 filii Iacob Ioseph dominanti in terra Ægypti, quam  
 ingruere famem regioni suæ. Lacescendis Phylistheis  
 commodius nihil vulpibus incendiarijs, per segetes  
 ad mellem maturas dimisiss, à Sampsone. Nihil vehe-  
 mentis reuocando Ioab in domum Absalonis. Iqua  
 ipsum mellem incendere. Nihil potentius ledigenda  
 ad incitas hosti, quam commeatus transitum ipsi pre-  
 clude. Nihil quo que melius reducendo prodigo ad  
 patrem, fame.

Cicero pro Cœlentio : Plerumque bestia fame do-  
 minante ad eum locum ubi aliquando pastæ sunt , reuer-  
 tuntur.

16. Adhæc, alio quoque respectu famis flagellum  
 erat congruum ; vt nimis lueret iuxta receptum  
 canonem legum diuinarum, humanarumque, quæ iu-  
 bent plerumque per ea castigari , per quæ parratum  
 est crimen.

Sapien. 11. Per qua quis peccat: per hoc & torquetur.  
 Titus Livius decade 1. libr. 1. dicit Reges cæde ad  
 imperium proiectos Romanum, cæde quoque impe-  
 riorum.

Plutarchius tomo 2. Moral. tractat. Cur Deus  
 punire differat , &c. ait , Calippum Athenensem ,  
 eodem quo Dionem confeccerat pugione , ab amicis  
 casum perijisse.

Iud. 1. Qui septuaginta Reges manibus pedibusque

IV.

TRIN.

truncatos sub mensa quasi catellos de mictis cadentibus pascebat, idem supplicium perpessus sub luce dicebat: *Sicut feci, ita reddidit mihi Dominus.*

*Luc 16.* frequenter Deum irritauerat ore diues epulo, deditis deditus, & colloquijs malis: os quoque posteriores nunc sumptus suppliciorum perfici; lingua et guttulam aquæ potest obtinere.

*Nicephorus l. 2. hist. Eccles. cap. 23.* Impij Iudei manus attentarunt nocere sacro sancto sarcophago, quo reconditum iacebat gloriosum corpus Domini nostri, virginum Phænicis; eadem pœnas dederunt, à brachijs sacrilegi prophanatoris truncata hincentes affixa sacræ arcæ corporis virginis sancte.

*Cicero 2. de leg. Ælian. lib. 2. variarum hist. Stebaus serm. 42. Valer. Maximus lib. 6. cap. 5.* Oculi ducent & pelliciunt in adulteria: Oculi sunt in amore duces, inquit Poeta. Oculi tui auolare me fecerunt. Vulnerasti eorū meum in uno oculorum tuorum, dicitur in Canticis: oculos æquissime æquius effudit Talenus Locrensis, adulteris.

*Ioan Boemus l. 1. de moribus omnium gentium c. 5.* Naso decoratur mulier, & piazæ ceteris venustata omnium ad se rapit animos: nasum praescindit mulieri Ägyptius in adulterio deprehensæ.

*Viventius in speculo hist. lib. 24. cap. 157.* & Epist. Ednifacij Episc. Moguntini ad Ethibaldum Regem Anglia. Manus & brachia stringunt amplexibus illicitis adulteram; lacertis collum illicitè complexum æquissimo Saxonum priscorum decreto adultera iniectione prijs manibus laqueo constringebat.

*Num. 5.* Femore mulier adulterium patrat: femur & tumens uterus sorptis amarissimis aquis in quas cliecta erant maledicta, de quibus in lege Moysis, computrefcebat. ubi maxime delectantur, ibi aceritos experientur dolores feminæ. Femora Deus iue Venerea discruciat, per quæ eius diuina Maiestas offenditur toties.

*2. Machab. 14.* Maledicta lingua impudenter blasphemæ Nicanoris Deum irritarat spondendo Deo

templum sacrum commutatum iri in delubrum idolorum: eadem demum euulsa per Judam Machabæum & concisa, volucribus facta est in escam.

*Apoc. 10.* Blasphematur in inferno linguis Deus: exdem linguae discerpuntur dentibus pro dolorum acerbitate. *Manducauerunt linguas suas pro dolore,* & blasphemauerunt Deum celi pro doloribus & vulneribus suis.

*Hieron. l. ii.* Linguis & nunc blasphematur, abiuratur, irritatur Deus: linguae & nunc cauterio, viuis flammis adurendæ forent: ut temporibus S. Ludouici Francorum Regis dignissimi receptum erat: euclenæ, discerpendæ, projiciendæ canibus caninæ lingue, vii iudas Nicanoris impii linguam volucribus tradidit. Manibus, pedibusque hereticorum sublatum sacrificiorum corpus Dominicum conculcatur: manus pedesque corundem carentibus laminis binis complessi absumendi sunt, ut aureo seculo Augustini caroli Quinti. Minime sufficit, o Judices, quo supplicio luani facinorosi, si modo luant: sed secures, cruces, crunifragia, flamma atrocius deserviant in atrocius peccantes, quoad fieri potest, ut à iustitia libella non recedatur: *Per qua quis peccauit, per hac torqueretur.* Quam ordinem tenuisse perhibentur magni illi priscorum seculorum Heroes Hercules & *Plut. tom. Theleus vindicande Tyrantorum immonitati: Theleus extendo ceteras Termero, quod sicarius eiusmodi cruciatu alios torqueret, caput, galea induitum, vit. in Thesoo.* verbitur, allidendo ad eorum capita, narrante Plutacho. Itaque, ut ad hocce perpendicularum directa supplicia decerneret prodigo Deus; quia multoties ore impuro deliquerat; primò impudenter petendo, à patre portionem substantiae sibi permitti; tactando patrias facultates: suas, in quas ipsi ius erat nullum: deinde procando amasiolas, interdum amatorijs natijs: interdum basjs columbinis inunctatis, nouit Deus qualibus, oscula multa dedit, oscula multa tulit, *Quint. l. 1. infit. c.* emodulando, quis dubitet, carmina impudica; profecto verba obscena, digna se, digna loco, digna con- 2.5 6. 7. 8 sortio,

sorrio, quo vtebatur; Verba ne Alexandrinis quatenus  
permittenda delit ijs, risu & osculo excipiendo. Demque  
excessu cibi & potus exquisitorum, ac ab his ad actum  
deueniendos, iure optimo famis opera virut, qua os  
impurum feriret primum; exinde transiret ad famam  
supplicium, quemadmodum ab ore eo usque devenia-  
rat impuræ libidinis materia. Encernitis, ut ratio te-  
spectu Deus supplicium aptius decernere non quies-  
fame, prodigo. Eia, dicite una voce vniuersi cum Va-  
te: Iustus es Domine & rectum iudicium tuum. Iudicium  
Domini vera, iustificata in semetipsa. Reclus Dominus  
Deus noster, & non est iniurias in eo. Absque villa omnia  
tate iustus & rectus.

D. Aug. tom. 10. serm. 34 de verbis Dominis fame co-  
reptus est, quis sazuritate superbus abstesset.

Ps. 118.  
Ps. 13.  
Ps. 91.

Decentia  
quantita-  
tis penae  
prodigi.

17. A rat, quorum tanta annonæ penuria? Non di-  
cit textus simpliciter accidisse famem, sed famem va-  
lidam, ac tantam, vt ditissimi quique, quibus regu-  
riter frequens erat annona, etiam laborarent peccati-  
ria. Iterum hoc loco obseruanda est Dei iustitia, indu-  
striaque. Dictar iustitia ad proportionem sceleris  
mensurari & perpendi tormentum; ut & premium ad  
meriti, obsequiique quantitatem. Evidenter expeditum  
habetis in lege Moysis, & alibi crebro.

Deuter. 25 Pro mensura peccati erit plagarum media-  
tum date tormentum.

Apoc. 18 Quantum glorificauit se, & in delictis fuit,  
tantum date tormentum.

Jer. 50. Redite ei secundum opus suum, iuxta omnia  
qua fecit facite illi.

Ez. ch. 7 Secundum viam eorum faciam eis, & secun-  
dum opera eorum iudicabo eos.

Idem: Iudicabo te iuxta vias tuas. Id est, damnabo,  
puniam te pro mensura delicti.

Sciendum enim est, dupliciter hanc vocem iudi-  
cium, accipi in scripturis, ex D. Augustino varijs in-  
locis. Primo, pro discriminatione; secundo, pro dam-  
natione. Vide Aug. tom. 9. tract. 22 in Ioan. tom. 4. l. 2.  
de consensu Euang. c. 30. tomo 3. li. Enchiridio ad Lawer-  
eium, cap. 55.

Qui multis magnisque operibus bonis grauis compaci, copiosus cōpenatur eo qui remissi laborauit.

1 Cor. 9 Qui parē seminat, parē & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Matt. 7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Vide Cicer. de opt.

genere O-

rat. Vales.

l. 2. c. 6.

num. 5.

Quamobrem, nec Romani, neque Athenienses, bellicos ciues omnes donabant coronis castris, muralibus, nauticis, ciuicis, cum tessera decenti; non omnibus Tribunis & Ducibus decernebant æquale triumphos & ouationes; sed alijs has, alijs illas; alijs hos vel istos triumphos, pro quantitate & qualitate heroicorum facinorum cuiusque. Athenienses, donabant probos ciues, qualis erat Pericles, seruo minorum ramorum oliue intertextorum: pugiles in insula Delos donabat Theseus ramo palmæ in insignie victoriz. Romani, ciuem qui conciuem hostium Plut. 10. 1. expulserit manibus, corona ciuica quernea, cum hac Vit. in Co tellera, Seruati gratia ciuis. Num qui prior in hostium violano. vibem irripuerit, murali, cum hoc symbolo, Excidij Plin. l. 6. turius honor, formata ad instar crenarum manuum. 6. 4. Para dinus.

Qui prior in castra hostium imperum fecisset, corolla aurea ab Imperatore exercitus vertex ipsi cingebatur, adiunctis his verbis, Hoc valli insigne recepti. Qui in classem hostis priorans filij sacer, nauali, exaratissimis, Classis monumenta subacta. Qui inimicos soluere obdicionem compulserit, seruum obtinebar, gramine ab obsecorum loco excerpto, cōtextum, hac inscriptio ne, Merces sublimis honorum. Ab urbe condita seruatum fuit, ut qui strenue in prælio se haberet, hasta donetur. Non omnes Imperatores Romani Romam ingredi permittebant currū triumphali, quatuore. Plut. 10. 1. Vit. in R. quis candidis tracto vectos. Debuerat primum conspicua clade affecisse, non pyratas, non seruos, non spillas copias, sed haud vulgaris uox hostem; deuictato ante certamen bello; cæsis ad mihiū quin quemilibus. Itaque quosdam summis gaudijs ouantes excipiebant; alijs plenarium decernebant triumpha; cuique pro qualitate & quantitate meritorum.

Nog

*Blondus* Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. *Bonv.*  
*Flauius l.* certamen certavi. &c. In reliquo reposita est mihi ure-  
 10. *Rome* na iustitia, quam reddit mihi iustus index. Sit pro victo-  
 triumpha ria fertum.

*tis initio.* Ita è contra, delicta omnia, non sunt eodem sup-

*Gellius l.* plicij rigore plectenda. Non procedet æquus iudex ad  
 5. noct. c 6 vindictam delinquentium iuxta præfixum à Diogene  
*paulo ve-* Attico, (hoc legislatori illi erat nomen, conformiter  
*ro aliter.* ad eius truculentiam, qui capitali pena damnabat  
 2. *Tim. 2.* scelera cuncta; otium quoque, & poma furto ablata;  
 2. *Tim. 4.* hand secus ac sacrilegia, cædesque) canonem: minime  
*Plut. to. 1.* sed corripiet aut seuerè, aut leniter, pro atrocitate, vel

*Vit. in* leuitate delicti. Pro mensura peccati, erit plagarum no-

*Marcello,* dus. Quaudoque verberibus agat; interdum stigmata  
*ubiq. etiā* addat, interdum exilium: alias, bona rei fisco adiudi-  
*habes un-* cabit; alias cruces, palos, ignes decernet, promenjara  
*de dica-* peccati. Ita aliquando animaduertit in filios L. Brutus  
*tur oua-* Romanus, perfidos in patriam, ut Regi merito cæclo  
*tio:* student; quos palo affixos, primùm verberibus, de  
 inde morte mulcetavit. Ita Manlius, Romanus, pena  
*capitali* plexuit natum, quod prohibitus patre ablen-  
*15. Vit. in* te congregari cum hoste ausus fuerat, rametis feliciten-  
*Solonē:* spectans ad discriminem cui exercitum Romanum ex-  
*Deut. 24.* posuerat, & disciplinæ militaris neglectum, qui exinde  
*Liu l. 2.* oriri poterat: haud humanior Epaminonda Theba-  
*dec. 1.* no, qui in simili casu, eodem respectu, pari rigore fas-  
*Virg. 6.* est in filium Stesibrorum. Ita Tullus Romanorum  
*Æneid.* Rex corpus Metij Suffetij quatuor equis in diuersa  
*Vall. l. 6. c.* nitentibus discerpit, qui perfidè cum suis militans  
 9. *Et l. 9.* pro Romanis, studebat nihilominus Fidenati. et igi-  
 6. 35. *Liu.* tur, ait Rex, paulo ante animum inter Fidenatem. Roma-  
*L. 1. dec. 1.* namque rem anicipitem gessisti, ita iam corpus passim di-  
*Idem l. 8.* strahendum dabitis: dignum certè supplicium perfidoia  
*Plut. Li-* Impetum, quantum erat Romanum. Pro mensura peti-  
*snius l. 1.* cati. Non omnes fustuario plectunt Romani. sed i-  
*dec. 1.* fustuarium meretur, qui signa relinquunt, aut praefatio de-  
*Plut. to. 1.* cedit: dicit Liuinus quodam loco. Marcellus copias in  
*Vit. in* similibus puniebat, ventre, pane hordaceo palefens  
*Marcello* cos, qui communiter triticco vescebantur. Priseing-  
 diostis

diores nobis in suis iudicijs, non exigebant pœnas in- *Iuuenal.*  
differenterab omnibus culeo, simio, gallo, serpente; satyr 8 de  
principis solis ciuiusmodi decretum erat supplicium: *Nerone.*  
non damnabant vniuersos reos ad metalla, ad be-  
fliss, ad furcas, ad laqueum, ad stigmata: neque nos  
malefactores cunctos, ad cruces, ad crucifragia, ad  
tremes, quia discreta non sunt pœnæ istæ: nec enim  
equum est, ut qui minus deliquerit tantam patiatur in-  
famiam, aut pœnam, quam tam qui enormius. Peccati  
mensura sit supplicij modus, ut h[ic] sine iniuritate iu-  
stitia.

Quoniam verò prodigus noster atrocium crimi-  
nibus erat, ut inobedientia, excusione disciplinæ  
pueræ, distractio nis, auctione sue hereditatis, exces-  
sus in vestitu, epulis superfluis, impuræ luxuriæ, explora-  
tionem corporis metricis, quot libauerat, iure optimo  
proprio ista, aliaque nefanda scelerata, ab ipso patrata,  
giam fame 2 D[omi]no plectitur *Pro manu[m]a peccati*, pla-  
garum modus. Quantum glorificavit se 3 in d[omi]ni lutijs Deut. 25.  
fuit tantum tormentum. Tantum quantum. Quis du- *Apoc. 18.*  
bitarent hoc esse sceleratus commissum, quod est *Vnde Gre-  
gor. I. 6.*

16. F[ac]tio Coud[et] tot vniuersorum Deus, spectata a- *mor. c. 35.*  
dole: censit veruare robustaque eius, aptiore & ro- *II.*  
bustiora perferendis iustitiae tormentis, scie[n]tute pa- *August. I.*  
vidæ & infirma natura, ciuismodi rigore deservit in 2 de bap-  
tismis maximè receptum sit medici[n]is infirmam- *tism. c. 6.*  
tum obsecrare etates. Porro senectus morbi nun- *Item. p. 2.*  
quam est exp[er]i[en]tia. Senectus ipsa per se morbus est. Mi- *Decretal.*  
setanda, commiseratione & pietate dig[er]ia est venera- *c. 24. q. 1.*  
bilis senectus, viisque omnigenæ ægritudinis ta- *num. 20.*  
berna.

Antiphon apud Stobæum Scrm. 113. *Ad seneclutem Phormio-*  
*num velut officinam* *Terent. in*  
*ne.*

*Omnia hominum accidunt mala.*

*Seneclus est velut arca quadam malorum,*

*Ad ipsum enim omnia confugile videro est.*

*Ibidem: illadem malorum existimant.*

Horatius in arte: *Multa senem circumunivit intima  
moda.*

Auson Edil. 14. *Ipfa senectus obicit innumeris corporis  
lacerabile morbis.*

Iuuenal. sat. 10. *Circumfilit agmine factio miserans  
omne genus.*

**S**enior interius est mortor & aerumna iugis: exterior vero  
dique affligitur. Videtur vix semividens. Audit sordidus.  
Comedit: Insipide. Non sapit ne etar, ambrosia, manna  
na cœlestis. Incedit: Palpans, potius repens. Ad quiete  
membra componit: Fugit ab oculis somnus. Incidi  
in aliorum conuentum? Risus, & cachinnis audieret  
senectutem suam. Joutilem se experitur patris oleo  
quibus in terra, nec eques, nec pedes subsistere potuit:  
in matre, neque remos ducere, nec dimicare: quin in  
proprijs nec statibus sibi ipse auxilio non sit. Jam  
modo aut sedet, aut iacet supinus. Denique, recite  
miserrima senectus. Telluris inutile pondus.

Virgil. 2. Aeneid. *Iam pridem intus Diuina, & tan  
tilla annos. Demoror*

Juuenal. satyr. 10. *usque adeo grauis uxori, natiq[ue],  
sibique.*

Offic. I. Job. 7 *Factus sum mihi meti ipsi grauis,*  
**Q**uapropter, monebat prudenter Cicero: *Seniula  
bores corporis sunt minuendi. Et Cato, decus Romanorum  
senectutis aiebat legibus institutis, ut usque prius  
absoluti annos ab iis officijs, quæ sine labore corpo  
ris non exercebantur: atque senes non modo non ea  
poterent.*

Cato in lib. Cicer. de senectute: *Legibus &c institutis  
vacat atque nostra muneraibus ijs, quæ non possunt sine vi  
ribus sustineri. Itaque, non modo quod non possimus, sed  
nec quantum possimus cogimur.*

Id ipsum leg. Mosaica sanctum erat scrupulatum. Lenit,  
Num. 8. *Leuit. cum quinquefjimum annum statim  
impluerint, seruire cessabunt, eruntque ministri fvarum  
suum in tabernaculo fœderis, ut custodiatur quæ sibi fu  
nt commendata, opera autem ipsa non faciant.* Imo  
com

CÓNCIO PRIMA.

ff

comiseratione quadam naturali, tantum onus non imponimus anno so equo, quantum iuueni, vegeto, robustoque; nec grauamus solito more, annis & propri corporis mole satis grauem: non est danda afflictio afflictio. Junctus verò, quæ vernans, vegeta, robusta, multa petferre potest, ipsa excrecenda est: declinques verberibus, flagris exerto brachio excienda: huic dissolue, penitentia expiatoria austera iniungantur, abstinentia, ieiunia, peregrinationes, vigiliae, humicubationes, cilieum, flagella, quæ non nisi indulcere senioribus demandentur, quibus per vires vix subfister licet.

Virgil. Æcid. Nostra Dares huc Troius armare cur-  
sat.

Animaduerto Deum iuxta hanc discretionis regu-  
lam, non exposuisse ad eò atrocibus tormentis senio  
confectos, confessores, quam iuniores Fidelis Deus, qui 1. Cor. 10.  
non patietur vos tentari supra id quod potestis.

2. Machab. 6. Passus est ætate grandium Eleaza-  
rum nonnulla perpeti tormenta sub persecuzione  
impij Antiochi, ut vero exquisitissimis expoluit cru-  
cianis septem Machabæos fratres, ætate, corpore,  
vibus valentes: vni abscissa est lingua, cutis capitidis  
deracta, summitates pedum, manumque amputatae: Cap. 7.  
ac deinceps inutilis per omnia, in sarcagine tortus est  
totus, ad instar pecudis. Similiter secundus, alijque  
omnes ad ultimum usque variè cruciati sunt.

Ex gestis S. Laurentij & Pontificalibus. Graue sup-  
plicij genus pertulit S. Xistus Pontifex Romanus  
sub Decio: ait longe atrociora perpetriss est S. Lau-  
rentius eius Diaconus, cui iuuenis firmusque ath-  
leta, supplicia. Equulci adhibebantur, verbera  
verberibus iungebantur; dissecto toto corpore ignes  
& craticula admouentur. Quorsum? Laboribus & se-  
nicio fractus erat S. Xistus; S. Laurentius viribus &  
ætate valebat. Meministis dialogi Martyrum &  
ut S. Xistus responderit S. Laurentio ad marty-  
rium anhelanti audiè? Nos quasi senes, ait S. Pa-  
ter, leiores pugna cursum recipimus, te autem quasi

*iuuensem manet glorioſor de Tyranno triumphus; poftri-  
duum me ſequeris, ſacerdatem Lenita.*

*Act. 5. 6. 7. Grauantur contumelij & ignotinia  
Apostoli, pro confeſſione nominis Ieſu: S. Stephanus  
verò diaconus, etate vernans, faxorum imbre oppo-  
mitur. Aduertite Dei discretionem multam in lege E-  
uanglica, vt pedem non referam ad veteris instru-  
menti monimenta, vt non commemorem. Dantem  
iūuenem lacui leonum iniectum: tres pueros accen-  
fornaci immiffis. Omni tempore obſeruatum fuit, vt  
acrius torqueretur neruosa iūuentus, imbecilla fec-  
etate. Itaque confultum denuo deprehendo, prodi-  
gum iūuenem vigentem robustumque dira diſtric-  
ti fame. Facta eſt famē valida.*

*Sap. 6. Potentes potenter tormenta patientur.*

*Ibidem: Fortioribus fortior infat crucatio.*

*Cicer. 3. Tusculan. Ut in causis non uitium ſemper  
eodem ſtatu, ſed ad tempus, ad contouerſia naturam, ad  
perfonam accommodamus; ſic in agititudine lenienda. Nā  
quam quisque curationem recipere poſſit, videndum eſt.*

*19. Rurſius, videtur hoc loco explicasse Deus iugo-  
rem iuſtitiae ſuę in eos, qui non correpti mox vt pec-  
carunt peccata gemitant, & eorum affliditatem quaſi  
montes criminum congerunt; qui demum eo ſeuimus  
puniuntur, quo diutius patienter eos perculit Deus.  
Non eſt præceps ad vindictam Deus:*

*Eccl. 5. Altissimus eſt patiens redditor.  
Quo tar- Ouid. 1. de Poneo: Eſt piger ad penas Princeps, ad  
dior ad i- præmia velox.*

*uerior Ignorat Conditor quā adoratur creaturam: non pro-  
Deus. cedit rigidè niſi, ad auram poſt meridiem: ægrè in crea-  
Gen. 3. turam animaduertit. Heu! vindicabor de hoſtibus meis:  
infit per Iſaiam. Equidem, à natura extrancum vide-  
Iſa. 1. tur bonitatis eius nocere cuiquam. Alienum opus, per-  
grinum opus ab eo, iraſci Dominum ut faciat opus ſuum.  
Iſa. 28. Non eſt de numero iracundorum Dominus, qui ex-  
candescentes citò acceptam iniuriam ocius vindicant. Verumtamen ipſi moſis eſt receptus, vt ſi pec-  
catoſ*

cato rem, dum exspectat, aduertat nihilo meliorem  
fieri, quam sperauerat, gressu tardo, plumbeoue ve-  
niens, ferreo feriat brachio, & multa frena extor-  
queat dilationis ab impio. Educit semel & iterum  
puerulus floris ab ariete, caput, mentum palpat ma-  
nu, cornua premit, patienter ferente animanti miti:  
verum si sepius rediens id ipsum attentet, tandem Pub. Mi-  
prostatum se humi vider: experiturque reveru, quod mus apud  
fetur communiter, Furor fit la/ia sepius patientia. Ag Macrob.  
nus mitis est Dominus. Quasi agnus coram tundente se l.2. Satur  
obmetescit. Ecce agnus Dei. Ipsi/ia bonitas, ipso dulcor nal. c.7.  
est offenditur semel & iterum, dissimilat, connuer, Isa.53.  
spans meliora: dissimulas peccata hominum propter Joan.1.  
penitentiam. Sap.21.

Romanos 2. An ignoras, quoniam benignitas Dei ad  
penitentiam te adducit? Id est, adducere intendit, aut  
conatur?

Ila. 5. Exspectauit ut facere vnas.

Seneca i. de Clement. Ciuitatis mores magis corri-  
git parcas animaduersorum. Verumtamen mitis ille  
agnus mutatur in leonem, si quando diutina ipius  
sufficiencia nullos in nobis proferat p/penitentiae effe-  
ctus.

Id obseruat multa cum emphasi S. Paulus dicens: Rom. 3.  
Secundum autem duritiam tuam & imp/penitens cor the-  
saurizas tibi iram, in die ire & reuelationis iusti iudi-  
cij Dei.

Ila. 5. Exspectauit ut vinea mea ficeret vnas, fecit au-  
tem labricias. Est nunc ostendam vobis quid ego faciam  
vinea mea. Ausferam sepe me eius, & erit in direptionem:  
druam maceriam eius, & erit in conculcationem, & po-  
nam eam desertam.

Matth. 21. Males male perdet, & vineam suam loca-  
bit alijs agricultis.

Pl. 54. Extendit manum suam in retribuendo.  
Valerius Max. l. c. i. Lento enim gradu ad vindictam  
sui divina procedit ira: tarditatemque supplicij grauitate  
compensat.

Homerus in Odyss. iupiter haud quamvis subiit se  
criminis ultor,

Fanore post illud longè grauiore recenset.

Cæsar in Comment. Consueverat Dñ immortale,  
quo grauius homines ex commutationerum dolent,  
quos pro scelere eorum vilesce velint, his secundiorum in-  
terdum res, ac diuturniorem impunitatem concorde-  
re.

Quemadmodum iuncet & glacies retenti vellibus  
aggeris initio nil nocent, sed his alios retinentibus, &  
his herbas, & muscos lequentes, demum plus nocent,  
& latius aggeres rumpunt, quo diutius stagnarunt: i-  
ta, quo magis sustinuit, dissimulauitque criminis no-  
stra Deus, eo acrius fœuit in nos, adeo astuantem eti-  
scelerum nostrorum, ut sufficeret non valentes aggeres  
necessum sic rumpi.

*Antmarci*  
quand a  
pud Sene-  
cam l. 2.  
natur q.  
inquit:  
Tonitrua  
sunt nu-  
bis iet-  
sonus.  
*Isa. 42.*  
*Ez. 12.8.*

Aut sicuti nubes tenues binæ cum primò occu-  
runt non multum murmu: edunt, sed paulatim mul-  
tis alijs accedentibus & in unum coeuntibus, tan-  
quam ordinata acie, tantus plerumque est confusus  
impetus, ut strepor ad inuicem allisatum procul au-  
diatur, fulgor a multis videatur, ac nonnullam c-  
uerrantur, prosternanturque urbes: Ita Deus, ex uno  
& altero peccato non multum turbatur: ast ubi vide-  
rit instructam aciem enormium criminum, tum acti-  
vit cum peccatore dimicat: T'acui semper filii, patient-  
fui, ut parviriens loquar; dissipabo & absorbebo simul.  
Hinc fabula est famæ valida. Nonne caritas, dira fa-  
mes oppressi nostrum prodigum, qui multa congel-  
serat enormia crimina, profitiscendo in regionem lo-  
ginquam, de peccato in peccatum, protendendo pet-  
ditæ vite institutum. Prolongauerunt iniuriam suam.  
Peccatorum flagella, uti supra dicebamus sunt medi-  
camenta salutis: inueterati morbi autem, & vulnera  
diu austra nequeunt sanari nisi medicamine acti, mor-  
dente, corrodente: ita nequit curari peccator, qui lon-  
gas in peccatis duxit moras, nisi punitione aspera, &  
yrenti. Extremis morbis, extrema remedia.

*Cornelius Tacitus* p. 332. *Ne corporis quidem  
mortis*

CONCIO PRIMA.

39

unbor vettes & dju auctos nisi per dara & aspera coer-  
tus. Corruptus simul & corruptor, agar & flagrans ani-  
mam haud leuioribus remedij restinguendus est, quam li-  
biis ardeat.

Cyprianus serm. 5. de lapsis. Aperiendum est vulnus  
& secundum, & putredinibus amputatio media fortiore  
curandum. Vociferetur & clamet liceat, & conqueratur a-  
genitatis per dolorem, gratias agat postmodum, cum  
sanari sanitatem.

Pulvices, cauteria, serræ, nouacule, & alia id genus Par. 2. De  
dolorem infestentia membris putribus: dura pœni- cret. de Poz  
teat, magnis, solitiis, obstinatiis peccatoribus, vos i- nit dist. 1.  
taque patres, confessarij, audidores sacri secerique ra- num 18.  
tionum conscientia peccataricis, videte ut ( quantum Poenæ le-  
spiritus d' uinus & prudentia dictauerint) iniungatis gum in-  
faulctiones salutares & congruas qualitatib[us] crimi- terpreta-  
tione mor-  
num, & viribus delinquentium. lienda  
sunt po-  
tius quā  
nimis ex-  
asperan-  
dx.

Joannes Molanus tract. Theolog. practicæ, con-  
clus; Debent ergo sacerdotes Domini quantum spiritus  
& prudenter suggesterit, pro qualitate criminum & de-  
linquentium facultate salutatores & conuenientes satisfa-  
ctioni iniungere: nonnulla retenta clementia ad fra-  
gilitatem humanam. Admoueat virga Moysis, ad-  
iuncto mannae infundatur vinum vulneribus viatoris  
fauis, oleo permixtum Rursus, perspecta confessarij Luc. 10.  
lenitate, ipse sibi bellum atrox indicat pœnitens: ipse  
sponte in se leuiat pro enormitate & numero scle-  
rum. Ita Rex Dauid, præter iudicium pronuntiatum à  
Nathan educit per singulas noctes ab oculis riuos la-  
chrymarum. Lauabo per singulas noctes lectum meum, Ps. 6.  
lachrymæ meis stratum meum rigabo. Aut cineritio  
velcitur pane, aut cineribus non sapidoire. Ci-  
nem tanquam panem manducabam: temperat po-  
tum lachrymis feruidis: Et potum meum cum fl-  
uminiscebam. Ita S. Petrus, slet amare, referente Ps. 101.  
Evangelio, dudum & crebro ut scribit S. Clemens Matt. 26.  
Romanus, noctu consurgens, auditio galli can-  
tae culpæ suæ nuntio, & plorans usque mane:  
quia, quotiescumque interdiu cantasset gallus,

Cc 4

fliebat,

siebat, ut lachrymarum feroore facies ipsi exstincta deretur. Quam magna deliquerat, tam granditer absit.

Cyprianus serm. 5. de lapsis: Quam magna delinquimus, tam granditer desteamus. Ato vulneri diligenter longa medicina non desit. Penitentia criminis minor non sit. Orare oportet impensis & progrede, diem luctu transfigere, vigilijs, noctes ac flutibus ducere, tempus ne lachrymosis lamentacionibus occupare, frustis solo, adharere cineri, in cilicio voluntari & fodiens.

Hunc optimum ordinem tener Deus in prodigallatione, peccatis decernens pro qualitate peccatorum & personae: summa affl. gens cum egestate. Fada est fames valida; consideratis enormibus excessibus, numerosis, dudum protractis ærate vegeta, florantique.

Non im-  
mitti famis flagella, quin enormia criminis primum  
instam eius iram accederint; prout Paraphrastes Chal-  
daeus, & multæ historiæ cum propheta cum locis re-  
stantur. Propter magnum Adæ peccatum (magnum  
dixero; à Majestate offensi, non ratione materie, mag-  
num, à facilitate & pusillitate præcepit transgredi;

mum, à perfectione naturæ, & statu innocentie  
qua gaudebat; magnum ab in numero numero ani-  
marum per ipsum perditarum, magnum à diuina du-  
ratione corruptionis; magnum, inquam, à quantitate  
pretij delendo persoluti. Empti enim estis prelio mag-  
no.) immissa est fames, sine causa efficiens famis, nimi-  
rum priuatio benedictionis tui, qua frumento, gra-  
mini, styrpibus, frangibus, omni que cibo alij, virtutem  
dat & vigorem alendi; qua substracta, nulla supertet  
sustentandi facultas. Non in solo pane vivit homo sed in  
omni verbo quod procedit de ore Dei. Occasione culpe  
audiuit sibi dictum Adam: Male dicta terra in epar tuo,  
spinæ & tribulos germinabit tibi.

Gen. 4. dicitur Cain: Cum operatus fueris terram, non  
dabit tibi fructus suos.

Paraphrastes Chaldaeus in cap. i. Ruth, scribit famé  
mundo

CONCIO PRIMA.

41

mundo decies decretam esse, ab ipsius creatione ad  
missæ tempora, ad castigandum terræ incolas.

In Pirkeabot. c. 5. Talmudistæ Hebræ æstimant  
annonam subtrahi ex ius, si decimæ primitæ Deo  
debitæ non persoluantur fideliter: magnum enim cri-  
men collatorem omnium bonorum nostrorum frau-  
date parte eorum.

Cicero lib. 3. de Nat. Deorum: *Hoc quidem omnes  
mortales sibi habent, externas commoditatis, vineta, sege-  
ns oblieta, obertatem frugum & fructuum, omnem de-  
nique commoditatem, prosperitatemq; vite à Diis se ha-  
bita.*

Gen. 4. Tempore Lamech altera annonæ penuria I. B.  
laborabat orbis; quia despecta naturæ lege, & mai-  
oritate more recepro binas duxit uxores. Ada  
& Sella. Audita vocem, meum uxores Lamech, aiebat a-  
liquando.

Gen. 12. Alia temporibus Abrahæ: qua, summo vi-  
te sag, necnon pudicitia coniugis periculo, compul-  
sus fuit in Ægyptum descendere. Quæ quidem famæ  
ideo erunt, quod diluvij neglecta memoria mundus  
colebat colluisionem factulorum falsorum Deo-  
rum, misso vniuersi Dei cultu.

Gen. 16. Quarta, aetate Isaac, propter rixas & irre-  
conciliables inimicitias Esau & Jacob fornicatae: aut po-  
tius, quia defecratur Iacob a vera religione, quam sub  
disciplina patris Abrahæ didicerat. Vide Clé.  
Rom. l. 1.  
Recognit.

Gen. 42. Quinta, sub Jacob, qui ad sustentationem  
familia semel & iterum misit filios in Ægyptum. Epiphan.  
in Pana-  
rio.

Quis vero nesciat quibus peccatis convenienter obno-  
vij fratris Joseph?

Gen. 37. Oderant eum, nec poterant ei quidquam pa-  
cifici loqui.

Ibidem: Accusauit Ioseph fratres suos apud patrem  
timidine pessimo.

Peccata quoque Putipharis, & uxoris cum tempore  
eius viventium, partim exstiterunt causa famis istius.

Ruth 1. Sexta seculo Booz Iudæi Berhermita, viri  
insti accidit, quia oblius populus eterionis miracu-

C. 5

lofe

**Deut. 32.** Ioseph ab Aegyptiaca seruitute, transierat ad eum  
dolorum mandata Dei sui non seruauerat; priscis peccatis noua accumulauerat. Prouocauerunt eum in Dñi alienis, & in lege Dei noluerunt ambulare

**Jud. 1.**

**Jud. 2.**

**VII.**

Jud. 10. Filiis Israeli (inquit Samuel) peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in confictu Domini, & seruerunt idolis Baalim & Ashtaroth, & Dñi Syria & Sidonis, & Moab & filiorum Ammon & Philistion, dimiseruntq; Dominum, & non coluerunt eum; quia Iephos imprudente immolarat filiam de more Paganorum; quia Ephraites cōsurrexerant aduersus Jephre auctorēm suā libertatis; vt quadraginta duo milia catōrum perierint.

2. Reg. 21. Septima, imperante Davide tribus annis inualuit: propter rapinas Saul, & eius sanguinariam familiam; aut quia Carthaginem sub fide Cabonitas excepérat.

**VIII.**

3. Reg. 17. Temporibus Eliæ octava supra modum dira; quod tum temporis religio vera penè extincta iacebat immājī persequitione Achab & Isabæl, & Orthodoxi omnes pariter quererentur ad mortem Regis imperio. Ea tanta fuit, ut ipsi regi qui pabulo deficiente impasti deficerent.

**IX.**

4. Reg. 6. Nōna sub Eliæ tam rabida, ut vesci ster-  
**Ioseph. I. 9.** core columbarum mortales non horrent, nec ma-  
nus antiquit. tres prolibus; propter similia scelera.

**c. 4. Ioan.**

Decimam partem nunc Geas Iudaica egena & fa-  
**Carior. I.** melica, non panis & aquæ, sed Vatum, & verbi Dei; si-  
**2. Chron.** ne Rege, sine lege, sine sacris, sine artis. Famem patiu-  
tur urcane.

**X.**

A Christo nato reperiuntur accidisse fames admirande, omnes partæ & proliocitatæ enormitæ flagitijs. Orosius lib. 7. c. 1. Massa lib. 8. Chronic. mundi. Anno se-  
ptimo tantam perpesta est Roma annonæ cœgestatem, ut virbe expulerit Cæsar Augustus, lanistarum familiæ, peregrinos, exterios, plurimos seruos, reseruatis me-  
dicis & pædagogis. Eius causa fuit, riferente Oroso, quod impiè landasset Cæsar Augustus Caium nepo-  
rem, qui expeditionem parans in Syriam, monitus le-  
tolo

**Psal. 58.**

## CONCIO PRIMA.

43

holymis à Principibus sacerdotum venerari & adorare Deum celi, renuerat.

Ioseph lib. 7 belli Iudai. cap. 7.

D. Chrysost. lib. 1. aduersus vituperatores vita monast.

Ian. Salesbriensis in Polycraiso lib. 2. cap. 6. Euseb. lib. 3.

Euseb. lib. cap. 6. Quam dira, & non explicabilis ser-

monie hue lachrymis tibi accedit fames o infelix Jeru-

salem, quæ inter cetera, solumento præuisa Iesum

monitad compassionem, ab oculis eius lachrymarum

Luce. 19.

fruentiam diduxit riulos? Fames, in qua Nobilis

Maria vieni sui charum pigius absumpsi? O rabidam

fimenterat, non bene merueras, non dicam sanguine

Prophetarum toties effuso, sed flagitio par non ad-

mittente, quod commisisti, morte afficiens authorem

vite, morte inquam, vitam ipsam in tam ignominio-

sum quam affigente cruci actu! Facta est fames valida

in regione illa; valida, sed secundum mensuram delicti.

Ezech. 5. Patres comedunt filios in medio tui, & filii co-

medent patres suos.

Thetu. 4. Manus mulierum misericordium coixerunt

fusos fatti sunt cibus earum.

D. Augustinus, ser. 211. de tempore: In cibum pietas

veritorum in pabulum suscepit soboles commutatur: ante

pancidū geritur quā ad funeratas epulas veniatur. Ani-

ma articulus elicetur, & matrū viscera polluuntur. Innocēs

sanguis effunditur, ut parentum rabida fames seginetur.

Euseb. lib. 9 c. 8. Egestas, & pestilentia mundum v-

inxerit, et obsecione premebant circiter annum

septimum Imperij Constantini Magni. Verū nonne

propter persecutiones immunes Diocletiani in O-

niente, Maximiani in Occidente, in Christianos tatas, Euseb. l. 3.

velegio Thebanorum Christianorum duce S. Mauri-

tio peccatus absumpta; septemdecim mille Christiani Oros. l. 7.

ingieta dierum spatio diverso martyrio extincti; vi- c. 25 Ni-

giani mille alij vigiliam Nativitatis Domini celebrā- ceph. l. 7:

tes supposito igne in Ecclesia consumpti sunt? Eiusf. c. 6.

modi facinora non merentur famem generalem?

Maffaeus l. 8. Anno quinquagesimo 4. (qui & ultimus

imperiij, magis, tyrannidis Neronis) tanta inualuit fa-

mes

2.

3.

4.

mes Romæ , vt Claudiu[m] Cæsatem populus in foto  
deprehensum crebris disterijs , & panis fragmentis a-  
dèò turpiter imperierit , vt vix in palatiu[m] fugiens  
multitudinis furorem effugerit . Ast nonne ideo im-  
*AG. 18.* missam comémemorant historiographi , quod Roma  
excedere iussi set Judæos , sive Judaizantes adhuc , &  
ue Christianos factos , omnes pariter?

*Euseb.* Imperante Commodo Imperatore rursus Roman  
*Dion. vi-* caput mundi dira famæ distorsit , proper  
*& or.* sandaliis mos Pontifices Soberuni Eleutheriumque calo-

*5.* Maffaus lib. 12. Chronicorum mundi. Citec ter annu[m]  
quingentelimum 25. malè fortunatus Belisarius, tunc  
temporis arridente adhuc sorte secunda, centum mil-  
le militum exercitu arcta obsidione anno uno & no-  
uem diebus Romanum premens , eo angustiarum didi-  
xit Romanos , ut matres prolibus resercentur : nonne  
quia Aethemius Arrianus , & Theodosina Imperatrix  
nefanda moliebantur in Syluerium Ecclesie vauer-  
sa caput?

*6.* Diacanus lib. 17. Procop. lib. 3. Anno 517 tam dira famæ inuasit vniuersum orbem , signanter Liguriæ &  
Italiæ partes , ut matres dissectis prolibus ad instar lu-  
parum se pascerent . Eodem tempore Totila , cogo-  
mento flagellum Dei impaserat sanctam ciuitatem Ro-  
mam , in eaque nefanda , nouit quæ Deus , parrat.

*7.* Genebrardus Chronol. l. 2. Anno octingentesimo no-  
nagesimo nono , tanta grassabatur ubiq[ue] famæ , ut co-  
gententur plurimi , ceu Tantalus , Cyclopes , Polyphe-  
mus , Erisichthon , ceu noui antropophagi humanis  
carnibus vesci: nūquid forte quia immenses tum tem-  
poris Hungari ; flamma ferroque vniuersam Germani-  
am , Saxoniam , Franciam , Italiam vastarunt ; orbem  
*Sigebert.* vniuersum adeò viris doctis exuerant , ut exulaeze-  
*Abbas* fertur tunc natum monstrum canino capite , reliquis  
*Vespergenf.* membris speciem humanam referens.

*Nicephorus Galixtus l. 11 hist. Eccles. c. 16. Tempori-*  
*bus Valensis Imperatoris , insperatò tanta illico perma-*  
*lit famæ in Phrygia , ut eius incolæ missio natali solo*

CONCIO PRIMA.

45

cogerentur quidam Constantinopolim, alij ad alias Provincias migrate. Verum Nicephori historia habet huic cladi ansam dedisse octoginta clericorum inbente Imperatore Arriano, incensa naui in mari necem. Facta est fames valida.

Maffaus lib. 16. Anno millesimo centesimo vicesimo quinto, tanta fuit hyemis asperitas, & actis intemperies tanta, ut vix in Maio florent arbores, & frumenta assiduis imbris exundarent; quam calamitatem subsequita annonae penuria summopere Gallos affixit, annos circiter duos. Facta est fames valida in regione illa. An forte quia à quodam heretico tunc impugnabatur licet frustra prope Antuerpiam facta Norbertus.

Maffaus lib. 18. Anno millesimo trecentesimo quinagesimo primo, iterum misera Gallia annonae calamitate laborat. Frumenti sextarius octo libris Parisiensibus venit. Facta est fames valida in regione illa. At, paulo ante, anno videlicet millesimo trecentesimo quadragesimo nono flagellatorum secta, flagellatibus suis parenti baptismo effectum tribuentium surrexit in Gallia.

Idem ibidem. Anno millesimo quadragesimo octogesimo nono, rursus in Gallia noua oborta fames, qua plus centum mille homines perierunt. Venit frumenti congius Cameraci (referente historiographo Cameraceensi) quadraginta octo libris. Viam modicum, imputrum, ferum, toruum, vix potui apud erat. Facta est fames valida in regione illa. Non ita pridem, dissidia & iurgia erant inter Maximilium Cesarem, & Ludouicum undecimum Gallie Regem.

Aque ut veniamus ad ea quæ nos ipsi vidimus, 12. & 13. memoranda profecto fames anni millesimi quingen- tesimi octogesimi sexti & septimi fuit, quæ per orbem viuierum adeo grassata est, ut vix hoc tempore refeci & exstati simus. Ea tanta fuit (vti sedulo nauta & monumentis reliquit M. Andreas Froye, Pastor & Canonicus Sogenicensis) ut sextarius siliginis in Hanno-

Hannonia venierit anno 86. mense Maio decem libris Francicis : & quidam Aegidius Crucenarius quoque modios siliquos viginti quinq; libris vendidit Sanguij, oppido. Anno subsequeti, 14. lunij venit triticum Sogenij tritula libris curoneis, monet Hannover hal:castrum, quod vocat, octodecim, & viginti libris spelta, octodecim; auna decem. 17. eiusdem mehls triticum triginta duabus libris, halicas tritum recens quatuordecim. Aliquando, eodem anno triticum venientia quinque libris: panis pondo, quartus solidus postmodum octo. Nanturci, ubi tunc tempore sibam, sextarius tritici ab exteris ad eum venientibus florensis, (totidem sunt libri Parisenes:) hordae, tribas & dimidio; hordae quinq; florensis, ac totidem solidos auevæ, duobus, & quatuor solidis.

Fames istæ, & quibus nuperis annis diutexisti sumus diræ certè fuerunt; Facta est famæ validis irruptionis illa: verùm, inualucruntne aliquando pluta facinoris? Plures hæreses? Plures seditiones, & conspirationes? Plures exactiones, & oppressiones pauperum, domini militiæque; in urbibus, ruris, pace, bello? An vñquam fastus, luxus, pompa vestium, impuræ libidines, & similia id genus, passim ut nunc vñstata fuerunt? Exclamabo cum S. Hieronymo: Quidquid patimur, peccata nostra meruerunt. An vñquam aurea secula vñstata fulgore, ferrea moribus, qualia nunc habuit mundus?

Ouid. 2. Aurea sunt vele nunc secula: Plurimus auro vñstis honeste de arte. Auro conciliatur amor. Aurum omnes, vñcti iam patet, Propert. l. colunt. Aurea secula; ferrea secula. Muri auro fulgent, 3. Eleg. 11. mores, & animi ferti duriciem, isthmaritatem, asperitatem, immitatem induerunt. Quancus nunc Dei, Horat. l. Ecclæ, sanctorum contemptus? Deniq; vñdetur magna Carm. ligitas rotæ gradum aseqüente supremum. Strama Od. 6. temporum sumus, sentina omnium retro seculorum: Facunda Itaque à Deo famæ: non à sole, luna, astris, gelo, atra, cuiusq; secula, imbrum exundantia, sed à Deo proper peccata nostra. Nec enim vñquam petire fame infontem patet eur Deus.

Leuit. 26. Si in præceptis meis ambulauerint &c. Adib.

his pluvias temporibus suis, & terra gignet germe-  
num, & pomis arbores replebuntur. Comedetis veruissi-  
ma veterum, & vetera nonis superuenientibus projicietis;  
rude ibi multa.

Denter. 28. Si praecepta Domini audieris, benedictus  
tu in iustitate & benedictus in agro &c. Benedicda horrea  
tra &c. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis fru-  
ctu in iusto, & fructu iumentorum tuorum, fructu terra-  
tua quam iuravit Dominus patribus tuis, ut daret tibi.

Ila. 1. Si volueritis, bona terra comedetis.

Ila. 3. Dicite iusto quoniam bend, quoniam fructum  
diminutionum suarum comedet.

Psal. 83. Non priuabit bonis eos qui ambulant in inno-  
centia.

Psal. 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones  
urdas tui.

Ibidem: Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum  
dilectum, nec semen eius quarens panem.

Ibidem: Neuit Dominus dies immaculatorum, & ha-  
reditas eorum in eternum manebit. Non confundentur in  
tempore malo, & in diebus famis saturabuntur. Totus  
ille psalmus, inira promittit iustis.

Psal. 14. Iusta super Dominum curam tuam, & ipse te  
conseruat.

Psal. 127. Beati omnes qui timent Dominum &c. La-  
borum manum tuarum quia manducabis, beatuies, &  
benetibz erit.

Prou. 10. Non afflget Dominus fame animam iusti.

Prou. 3. Habitacula iustorum benedicentur.

Matt. 6. Querite primum regnum Dei, & iustiam  
suum, & haec omnia adiacentur vobis.

H. siodus in Ergis:

ελα φιτοντη μετερεασι λιμός δεσμός,  
δε τάτη, δαίδαλος δέ μεμήλοσα έργα νέμενται,

πειρ φιτοντη μετερεασι λιμός δεσμός, id est:  
Neque unquam inter homines iustos fames ver-

satur,  
Neque nox: in conniujs enim partis opibus fruui-  
tur;

His enim infert terra multum vicium.

Plerumque abundant Deo auctore vniuersa vnde  
iustos. Quanti mercenarij in domo patri mei abundat  
panibus! Ait ipse prodigus. Aut si omnibus non cumu-  
lantur, respectu quodam; saltem egestate non sicut pe-

**Exod. 16:** rire, potius celi penario reserato manna educit: ponit  
**3. Reg. 19:** Angelosmittit, qui cibaria deferant: Elize in deserto,

**Dan. 14:** Danieli, in lacu leonu: potius volucres & conus ad-  
hibet famulos; vti quondam pauit ministerio contulit.  
Paulum eremicolam, qui quotidie medium panem ei de-  
ferebat. Ita factum narrat S. Hieronymus, in vi-  
zios. Sexaginta iam anni sunt [loquitur Paulus] cum au-  
dio quotidie dimidi panis fragmentum: nunc ad aduen-  
tum tuum (scilicet S. Antonij) militibus suis Christi  
duplicauit annonam. Ast plerumque inopia annoe, &  
fame premitut propter scelerata nostra, quemadmo-  
dum prodigus hic propter sua.

**Psal. 106:** Posuit flumina in desertum, & exitus aqua-  
rum in sitim; terram fructiferam in falso sanguinem, à mali-  
zia inhabitantium in ea.

**Osee 2. & 8.** Conuertar & sumam frumentum meum  
in tempore suo.

**Ibidem.** Ventum seminabunt, & turbinem metent:  
culmus stans non erit in eo; germin non facit farra:an:  
quod & si fecerit, alieni comedent eam.

**Leuit. 26:** Si non audieritis me &c. visitabo vos rela-  
citer in egestate, & ardore qui conficit oculos vestres, &  
consumat animas vestras. Frustra serete seminetem que-  
ab hostibus deuorabitur &c. Dabo vobis calum de proprie-  
tate ferrum, & terram aneam. Consumerit incassum  
bor vester, non proferet terra germin, nec arbor pesa  
praebebunt.

**Deuteronom. 28:** Si audire nolueris vocem Domini De-  
tui &c. maledictus in ciuitate, maledictus in agro. Ma-  
dictum horreum tuum, & maledictus reliquias tua.

**Proverbi. 3:** Egestas à Domino in domo impū.

**Quare,** ingruente fame, nihil ratus, consulit ut  
hil, quam in gratiam cū Deo redite per penitentiam  
ad quam vt nos pertrahat calamitatibus urget. **Eia,**  
Audito.

auditores, quandoquidem adeo malum atrox est fa-  
nes, ut diximus, & multo anxi animi mætore experi-  
mini quotidie: nec eam immittat Deus, qui totus bo-  
nus est, capescendæ voluptatis ergo, aut ut inopia no-  
stra pacatur; sed ut ad incitas reductas voluntates no-  
stras tumultuarias, & perduelles, facilius cogat man-  
datorum suorum subire iugum; quos sum tantam clá-  
dem procul finibus nostris non pellimus pœnitentia?  
Ipsa, flagellum apertissimum abigendo illi horrendo  
monstro, etiam solo nomine. *Monstrum horrendum in Virg. 3.*  
gens, ipsa magnes est, attrahendæ ad nos ybertati, abu-  
dantique bonorum omnium. Arripiant prisci ethnici  
Greci virgas materiales, & abigendæ fami, inueher-  
disque diuitias & sanitate proferant ista. *Ἐξεργάσθησαν οὐταὶ πόνια τὰς φορας σαμανας.*  
Nobis unicum sit pœnitentia flagellum eli-  
minandæ. Hac ratione fiet satis exspectationi diuinæ.  
Quorum rabida fame sponte tabescere & emori; ex  
quo largè, liberaliter, beatè viuere pœnitudine cõce-  
datur? Necdum ad sufficientiam spectasti mortis si-  
mulachra in numerosis egenis, quibus loquentibus, &  
mendicantibus praeforibus vestris, in fronte, in vultu,  
in faucibus, & quâcumque lumina fleceretis mortis  
genuina erat imago? Aut, maualtis pœnitentiâ dif-  
ferte, donec abligurientis animantia cuncta, eorum e-  
liza coria, asinorum capita, simum columbarum, exu-  
mas; vel donec compellamini proles in humanè per-  
epias iteratò in uterum dentibus tritis remittere per-  
os? Truces parentes vos, si solo pœnitente, & emenda-  
tione miseratione subit nulla mentes vestras, nō dicam,  
totegeñorum Lazarorum ante fores vestras iacenti-  
um, zrumnis à sceleribus vestris manantibus oppres-  
sum, sed vestri, sed vestrorum domesticorum, sed  
charorum pignorum; qui, & fame percunt, & fortè  
viscerum vestrorum latebras denuò subibunt. Imma-  
nes, qui cum beatos degere dies pœnitentia possint;  
vel maxime suspirium unicum depromere abuuunt, ut  
vitæ propriae, vitæ suorum consulant; ut patriæ, com-

Dd muni

30 DE FILIO PRODIGO

muni omnium matri, pessum eunti, & inedia peremunt  
propter natorum flagitia opitulentur. Patere, aut ab-  
fino.

CONCIO SECUNDA.

*Græca.* 4.14 δακαρίους οὐδὲ οὐρού πάντα, τινεὶς λαθεῖ  
ἰσχυρὸς κατὰ τὸν χέρας ἐκείνων, γένερος οὐ-  
δεὶς φίδος.

*Vulgata.* 4.14. Et postquam omnia consummasset, facta  
est fames valida in regione illa, & ipse caput e-  
gere.

*Syriaca.* 4.14. Quumq[ue] consumpsisset quicquid habebat, fuit  
fames magna in regione illa, & caput egero.

ARGUMENTVM.

1. Procœniolū. 2. Omnis fames à Deo. 3. Error Ma-  
niciorum 4. Triplicis generis mala. 5. Miseriarum  
nostrarum nos ipsi causores. 6. Omne virulentum ani-  
mal, quid cōmodi, & omne malum quid boni habet. 7.  
Prouincia ad quam profectus est prodigus cur fama  
percussa: de signis malitiae eius ex postriore, sive cōmu-  
nione, aut priuatione seu omissione. 8. Duplex iustitia.  
9. Qui non puniunt sceleratos, puntuntur à Deo iudi-  
ces. 10. Coniectatio innocentiae prouincialaborant  
fame. 11. Quantum valeat honorum confortum. 12.  
Quantum noceat malorum societas. 13. Fortè clausum  
peccauit prodigus.

*Thren.* 4. **E**Multis quartimonijs, quas mærens depositis le-  
prias in lamentis, hac haud infima censenda est:  
Parvuli petierunt panem & non erat qui frageret iu. De-  
plorandū sane, ad litteram, petere panem, nec obtrin-  
dere: ast nullo magis secundum mysterium, summe ex-  
petere scientiam rei, nec inuenire qui eius intellectū  
demonstrare, aut possit, aut velit. Hac profero, quod  
vercar aunc quia hæsterna luce, vicumq[ue] iadis in-

C O N C I O S E C V N D A.

52

pro concreti nobis temporis breuitate, dixi Deū  
saborem famis, si quam patimur, è nobis pusilliores  
(item sit minor & me magis ignarus) vt exigant  
hanc sibi frangi panem; id est, nostram illam proposi-  
tionem sibi elucidari. Ne ergo obijciasit, Non erat qui  
frangeret eis, decreui hodie illustrate cam, demon-  
strando lensim; vnde inexhausta huius ærumnarum  
& lacrymarum abyssi, calamitates deriuent. Ijs per-  
solus occasione verborum istorum, Facta est fama  
valida in regione illa, perquiram, cur Deus vniuersam  
regionem in qua agebat prodigus annona cœlestata  
affixit. Quæstio ista utilissima cognitu erit, vt  
hinc videant Praesides & Rectores, vt intersit, admitt-  
tere in vrbes, ex omni natione exteris, omnis religio-  
nis, & instituti; vtque permittiosum sit fauere impro-  
bis, corumque sceleris dissimulare. Hic discursus erit  
(infallor) administratoribus locorum, alës dici nunn-  
tius, qui moneat constituere in portis vrbiū custo-  
des, non solum aduersus hostes spontaneos mænium,  
aut pestiferos, hostes non spontaneos sanitatis ci-  
tium; sed maxime gerinare custodes, constituere  
Lynceos, Argos centoculos, qui obseruant hostes &  
spontaneos, & non spontaneos, non mutorum, sed  
proborum morum, & candidæ religionis; qui eos ar-  
teant, admissos, aut surrepentes in Rēpub. ejciant.  
Quis ambigat, multo magis metuendam bonæ indo-  
lii corruptionem, quam mænium vrbiū labefactatio-  
nem: Infinites magis verendum animogum contagiu  
quam corporum: Quocirca, dum non grauabit labor  
dilectendo de rebus tam momentosis sanitati & ve-  
stimentis, & vestiarum Rērumpub. quæsto ne grauemini  
audire, & eam quam res postulai aurem præbere plă-  
cidam. Interim, dignetur Deus ori nobis ingerere &  
rationes, & verba, subiecto digna, meritis, & suffragijs  
Matis semper virginis.

A V E M A R I A.

2. Dicente me famam Deo authore oriri', haud in- Fames 2  
solitum videatur tam prodigiosum monstrum, tam Deo.

tersum malum à Deo manare. Nedixeritis: A micâ  
Dd 2 sole

sole, tenebrae dense & opacitas procedant? A fonte limpido fluant turbidae aquae? A suavi melle nascatur absynthia amaritudo? A bonitate summa, malum?

Cicero in parad. 1. Potest ne bonum cuiquam male effici?

ulo attetur, ut ei per patientiam meritorum summa cumuletur.

Idem homil. 9. in Ezechielem: *Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet.*

D. Bernardus serm. 5. de Quadrages. *Tu solummodo ne confenseris inimico, & quoties resisteris, toties corona-beris.*

Joannes Climachus Doctor antiquus & illuminatus, 4 gradus scale paradisi, evidenter satis monstrat hanc parum praestari vero probo constantique, si aduersis exerceatur eius virtus. Ibi narrat miranti sibi aliquando Ecclesia pelli monachum immeritum, respondisse Abbatem: *Noui culpa immunem, ait mi patet; sed sicuti inhumanum est panem eripe-ri faucibus claurientis pueri: ita cui animarum cura incubbit, is sibi & subditu est iniurius, si non studue-rit orationes quotidianas prouidere, id est exerci-tia, quod nouit posse sufferre; imponendo sive con-tumeliam, sive ignominiam, sive abjectionem, sive opprobrium, sive derisionem.* Committit enim tunc sedulx fugienda. Primum, priuatur merito in-crepacionis. Secundum, non praestitit id unde alij profecissent imitatione virtutis patientis. Tertium & possumendum, qui quandoque purantur probati magis & patientes, spoliantur apertere humilitate & tol-e-tancia solita, si oblitus eorum quasi perfectorum non reprehendat deinceps, ignominia, probro, iniuria affi-ciat Abbas. Tametsi enim bona, fæcunda, probè ster-tilior sit terra, subtractione irrationis, id est ignominia, sicut sterilis & infrafifera, proferet spi-nas fornicationis, germinabit penitusam se-cuntatem. Huc usque Climachus. Si itaque pro-batur Prelatus subditi virtutem, constantiamque exerecens tribulationibus immeritis: improbabitur magnus ille Abbas & pater amplissimi monasterij to-tius orbis, mari & ccelis tanquam muris clausi, si po-tioribus monachis & religiosoribus, iustioribus præ-beat materiam meriti & virtutis, egestatis, famis, morbi exerceitio: Hinc, insons fuerit in qua degebat prodigus

prouincia licet , tamen Facta est famae valida in  
gione illa , vt vnde sibi splendidum pararet diadema,  
haberet.

v. 15 Occurrit aliud commodum à tribulacione ma-  
nans tam iusto afflito, quam ceteris , quod nimum  
animus mollior, pectus ad misericordiam in miseros  
proclivius ingeneretur, aut renouetur, aut conser-  
tur in ipsis, per miseras quas patiuntur. Cum enim  
in scipis senicerint quid sit pauperem, ægrum, ex-  
pulsum, egenum, abiectum esse, ista didicerint expre-  
satio , haud fallaci segnique rerum omnium mag-  
istra ; bouerint praxi , non theoria siue speculacio  
quam grauis sit calamitas , citius certè propeadent  
in miserationem, quam alias , aut alius talia iuxper-  
tus.

Aischy in Agamem. Infæliciter agenti quinque vident-  
re & una suspirare promptus est ; morsus doloris am-  
nullus ad hepatis peneirat.

Qui multis in periculis Oceanum navigant,  
monent promptius & libentius vitare scopulos, 2.  
renam , finus , eos qui immitti mari se comituant,  
aqua elementum barbarum ; opem ferunt circa nau-  
fragio clapsis, quam alius qui ne procul quidem ma-  
ris littus vidit. Expertus quoque laborem, cunctos di-  
uersos & aduersos belli, auxilio statim erit saucio, aut  
armis spoliato captiuo, potius quam qui solo nomine  
bellum seit. Dulce bellum inexpertis. Meministis Regi-  
nae Carthaginensium primæ, que Pygmalionis fratre  
tyrannide nauigio clapsa legato Æneæ , Troianisque  
Troanarum flamarum, nec nō saui mari celiquis  
dicebat, longo se rerum vsu edoctam quid sit miser-  
esse, libenter misericorum & hominum & fluctuum bel-  
lum expertorum miserruram?

Virgilius 1. Æneid.

Quin agite, o testis innenes succedito nostris.  
Me quoque per multos similes fortuna labores  
Iactatam, hac demum voluit confidere terra.  
Ibidem: Non ignara mali miseria succurrere disco.  
Sopho,

### CONCIO TERTIA.

105

Sophocles in Oedipo Colone : τοῖς γε ἵμπιροις  
κρήται μένοι δίοντες συνταλαιπωρεῖν τάδε.

Qui ipsi miseras experti sunt, hi soli ex afflictioni-  
bus aliorum dolorem capiunt.

Hinc monebat Deus Iudeos non contristare ad-  
uenas, quod & ipsi aduenæ in terra Ægypti didicis-  
sent, quam molestum durumque sit exterior vexari ex-  
tra regionis sua terminos.

Exodi 22. Aduenam non contristabis, neque affliges  
eum; aduenæ enim & ipsi fuisti in terra Ægypti.

Tribulationes visibles plerumque ad eum finem  
ordinantur, ad quem inuisibiles, & quæ animum ma-  
xime spectant. Quæ vero tentatio est animi tribulatio,  
plerumque permittitur & immittitur à Deo, ut tenta-  
tus alij compatiatur, si quandoque & ipsi tententur.  
Tefatir 8. Leo alijque Doctores omnes, qui ad-  
stuunt ideo S. Petrum permisum tentari, concuti-  
tire, ut summum adeptus Pontificatum indulgen-  
tia fieret peccatoribus.

Leo serm. 9. de passione: Ut in Ecclesia principe reme-  
diū penitentia conderetur.

D. Gregorius: Ne difficultor esset lapsis ipse misericor-  
diam consequatus.

Matt 18. Ut seruus, cui non suppeterabat, vnde Re-  
gi Domino decem mille talentorum sumnam pende-  
ret, obtenta gratiosa debiti donatione, debuerat con-  
seruo debitori centum denariorum debitum donare,  
quod majoribus ipse miseria, & impotentia soluenti  
augustis suis let coarctatus: ira promptè, expediteq;  
noxam donet S. Petrus, cui Deus tot tantaque crimi-  
na dimisit.

Nenne oportuit & te miseri conservi tui, quoniam &  
ego tu misertus sum?

Coloss. 3. Supportantes inuicem & donantes vobis-  
meipsum &c. Sicut Dominus donauit vobis; ita & vos.

Hinc sumit argumentum S. Paulus, ut existimet  
Christum propensiorem ad succurrendum nobis ten-  
tatis, indulgendum prostratis & debellatis, utique ex-  
pertum maximè in deserto, cœu in arena & campo cer-  
tami-

taminis dolum, oportunitatem, importunitatem tentationum Sathanicarum, mendacia tentatoris, in hoc roti, ut mundum tentet, fallatque.

Heb. 4 Non habemus Pontificem, qui non posset compati in infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur gratiam inueniamus in auxilio oportuna.

Psal. 102. Ipse cognovit signum nostrum.

Nouerat insultus, audiebat clamores, sciebat doloros casus; quemadmodum Hippocrates nunquam ceger nouerat in infirmorum acres dolores speculazione, non verò experientia, quæ longè acrius torquet. Recensentur cuiuspiam sinistræ fortis, ut S. Stephani, S. Laurenij, S. Tiburtii, &c. suspirium, tremorem, clamorem cheu! iachymer forte.

Virgil. 4. Aeneid. Quis talia fando

Myrmidonum Dolopumque, aut duri miles Myssi  
Temperet alachrymus?

*Act. 7.* Teste externe nonnullum dolorem internum. Ad sim martyrio: videam saxonum imbreu validè seu fuligine demitti quasi funda in iuuenem diaconum infirmem, confractis ceruicibus pavimentum cerebro respersum: cernam alium super craticula quasi ferre lecto expansum fuluescere, & flammæ colorem dare; audiam crepitantes adipe perfusas prunas: spectem alium nudis pedibus calcare carbones ignitos quasi veranties rosas; stabunt comæ, horrebunt membra, vox abripitur; si quid superfit, geminantis lamente. Ast non ac si aliquando expertus, aut adhuc perfenseretur horrendos illos cruciatus. Tu si hic sis, adiuva miseriam nostram, insultus & impugnations damnum, ad malum nos pertrahentium; ast longè alter, & efficacius, ut nostri miseretur carnis nostræ trahatur, induitus, ipse acriter, impulsus & impetus ab hoste quod in maximum nostrum commodum assentetur. Etum S. Paulus: Debuit per omnia assimilari fratribus,

Terent. in *Sentias.* Itaque, antequam tentatus nouerat & videbat Andria.

miseriam nostram, insultus & impugnations damnum, ad malum nos pertrahentium; ast longè alter, & efficacius, ut nostri miseretur carnis nostræ trahatur, induitus, ipse acriter, impulsus & impetus ab hoste quod in maximum nostrum commodum assentetur. Etum S. Paulus: Debuit per omnia assimilari fratribus,

## CONCIO TERTIA.

107

*ut misericors fieret. Per omnia, egestate, fame, siti, miseria, tentatione, dempto peccato, ut misericors fieret. Experimento tentationum & miseriatur nostratum adeo sit misericors Christus, ut exinde horretur Apostolus omnes sperare in ipsum; implorare ab eo indulgentiam prostratos, & gratiam auxilij oportuni, ne deinceps lukefemur.*

*Heb. 4. Postquam dixerat Pontificem tentatum, addidit immēdiatē: Ad eam ergo cum fiduciā ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur ( si, quod absit, quod doque vincimur, aut quia in Adamo victi fuimus iam olim). Gratiam inueniamus in auxilio oportuno, ne in posterum rutsus vincamur. Ac si dicaret: Non nisi misericors esse potest, utique experimento edocetus quid sit misericordia & sc. Quoniam & ipse circumdatus est Heb. 5. Isa. 53. infirmitate, vir dolorum & sciens infirmitatem.*

*Heb. 5. Didicit ex iis quae passus est obedientiam: Et cōsummatuſ factus est omnibus obtemperantibus sibi causa ſalutis eternae.*

*Vnde quæſo Virgo Mater pridem & nunc tam misericors, niſi partim quia frequenter misera extiterit? Qui duis epulo ram immisit in Lazarum? Quia epulabatur quotidie ſplendide.*

*Legimus in virtutis Patrū, candidatū quendam monachū acriter aliquando impugnatū ſpiritu fornicationis cōſuluisse seniorē, ab eo opē, ſolatiumue expofulasse. Qui eū penē in desperationis abyſſū immerſit. Qeo exoflum, habitu ptoclamans & ſteatrum cōſortio indignū. Quibus exasperat⁹ tyronis animus, & cruciatus miſſo monaſterio ad ſeculū repedabat. Quod verò ſenex ille acerobiis verbis iuniorē exciperet, nō ne quaſo quia nōdum eiusmodi pruritus & titillaciones acres expertus fuerat? Prebauit ſat ſuperq; euētus miſereti, miſerorum nescium, qui miſer non fuerat. Clauiſto quippe excedens monachus, obuium habuit caluſium Abbatem, qui conſolatum reduxit in monaſterium ſuum ( is forte eadem paſſione agitatus cōpaſſionē didicerat) Deū obſecrans, vt qui rigidior cēfor adolescenti, cauſaque deſperationis extiterat, eiſdem*

dem diuexaretur stimulis . Votis annuit Deus, iunctus  
nex ijsdem vel similibus carnis furijs distortus, de-  
monasterio mittendo cogitabat , ni alterius sensi suppo-  
tijs liberatus fuisset. Non arbitraminijs gelitis ope-  
runt inuenem ab ipso consilium subfidiuumque  
querere potuisse? Arbitretum non adeo leuerum , clo-  
etum scilicet elementiam proprio dispendio.

Iob. 29.

Ante calamitates misericors fuit Iob: Ouidi fuit  
eo, & pes claudio, infit: confulebat ignaris, solabatur de-  
biles, reconciliabat litigantes. Verum non arbitramini  
ni à miserijs pristino statui restitutum geminae mi-  
sericordias? Ut itaque iustos , charam suam sobolem  
efficiat similiores sibi patri misericordia Deus, pa-  
sentifere facit, quid sit miserum esse.

16. Quid? Quod iusti afflictionibus pressi, seipso  
perlustrantes , nec ullam peccati occasionem depre-  
hendentes, gaudium concipient ex certitudine, qua-  
colligunt se Deo necessarios & filios charissimos, ut  
que aliquando Dei hæreditatem subiratos; ita in se-  
p̄is ratiocinantes: Solitum est Deo affigite filios, fa-  
gellat Dominus omnem filium, quem recipit. Quem di-  
git castigat: filii, sunt heredes; Si filij, & heredes  
quidem Dei, coheredes autem Christi: anxior , & miser-  
sum : ergo ex hæredibus ego.

Rom. 5. Tribulatio patientiam operatur ; patientia  
autem probationem ; probatio vero spem; spes autem non  
confundit.

Dilecta prolis manibus nihil noxium communi-  
tur. Sic ægrè Phæbus flammei currus curam tradidit  
Phæthoni nato, præuidens ipsi ex eo ruinam, aconi-  
bus Poctis.

Ouid. 2. Metam.

*At tu, funesti ne sim tibi munera author,  
Nata cause.*

Paulo post: Pignora certa petie, de pignora certa, vi-  
mendo:

*Et patris pater esse metu probor, aspice vultus  
Ecce meos.*

Paulo post:

Dap.

Depreco hoc unum, quod vero nomine, pœna,  
Non honor est; penam Phaeton pro munere poscis.  
Proverbium: Deorum dona sapè non dona.

Argumentum amoris Pyladis in Oresten, quod fuit  
toto ensem denegat. Diligit nutrix lactem suum, ex-  
cipiens manibus cultrum, scutum, mucronem, quo  
velipse se, vel ab alio laederetur.

Cicerol. 3. Offic. Si gladium quis apud te sanæ men-  
ti deposuerit, reperat insaniens, reddere, peccatum sit; non  
reddere, officium.

Ibidem: Quanto melius fuerit promissum patris, solis,  
non esse seruatum Phaeton scilicet?

Amorem in puerum testatur mater, coccinea eum  
exuens veste, si viderit meleagridem tumentem, iu-  
banem, crispatem ipsi ideo infestum; aut cibum ma-  
nibus exipiens, blandiente, insidente, inhibante præde  
molosso. Amoris igitur in me sui insigne relinquit  
(concludet iustus) diuitias milihi subtrahens; Spina sunt Luca. 8.  
dixisse, ait Christus, acutas sentes; gladios ancipites, Matt. 13.  
plerumque possunt iugulantes. Nisi adimerentur, Ouid. I.  
adimerentur: nisi perderentur, perderentur, ait Seneca, sequu- Metam.  
rus Cratetum Thebanum. Ideo eas adimit, ut non sim Diog. I. 6.  
præ molosso infernali, infinites ferociori Cerbero Vit. Phi-  
antiquitas Gentilitiae.

D. Chrysostom. 63. ad Antiochenos: Tanquam ca- vita A-  
nia, si a diabolus dinitibus infiltrat, tanquam buccellam te pollonijs.  
nenit puerulo tendens auellere. Et paulo post. Aparus Virg. 4.  
infantibus, qui a canibus vexantur, nibil diuities diffe- Georg.  
runt, omnibus circa eos latrantibus, laniantibus, trahen-  
tibus, non hominum tantum, verum & illiberalibus pas-  
sonibus, ingluie ventris, ebrietate, assentatione, & omni  
intemperantia.

Diligite pater natum, cui nolas, crepitacula cymba-  
la denegat, ut torques, annulos, vñiones largiatur.

Gen. 25 Filiis concubinarum largitus est Abraham  
munera; dilecto Isaac reseruans quicquid possidebat.  
Prumenta, pecuniam & alia id genus donant Reges  
plebeis: aulicis verb, & necessarijs, dignitates, hono-  
res, administrationes Provinciarum distribuunt. A-  
more

ito DE FILIO PRODIGO

more denegat iustis, auf auferit Deus bona temporalia  
velè infantilia sitra, plebeis propria deputata, vi-  
mirum paradyssi portora largiatur.

I Cor. 5. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, ne in ar-  
bominis ascendit, qua preparauit Deus diligenteribus. &  
quando conserat ea, aē tandem reperat: tribuendo,  
materialm præbet gratiarum actionis pro sua libera-  
litate; nec non per seipso experimentum facili  
qualiter ipsis vterentur: vbi vero inutiles & nocuus si-  
bi experti fuerint, auferit; atque auferendo laudis pro-  
ponit subiectum, quod anxiā eorum curam gerat, &

Psal. 90. forte offendant ad lapidem pedem suum.

Senecca apud Lactantium l. 5. inst. cap. 23. Deu-  
mines pro liberis habet, sed corruptos & vnoios luxuriant  
ac delicate patitur vivere, quia non perut emendatura  
sua dignos. Bonos autem quos diligit, castigat seipso, &  
assidue laboribus ad usum virtutis exercet, nec eis calam-  
iq; mortalibus bonis corrumpi ac depravari sinit.

Indulget interdum ægro medicus pro appetitus fa-  
tione agere: ast vbi deprehendetur per locum 20. ac  
teria pulsum eiusmodi indulgentiam in perniciem ret-  
gere, retractat constitutionem, etiam reclamante infi-  
rmio. O Deus bone! quam noxiū multis multas ac-  
cepisse diuitias! Micans solis carruca iuueni Phæton  
concessa: tincta cruento Nesi tunica missa in amoris  
tessera magno Herculi, maiorem non perniciem  
ruinamque inuixerunt, quam frequenter opes diu-  
nitus concessa potentibus.

17. Amplius; nonne argumentum arcta necessaria  
dini cum Rege vesci cibo, potuque regio? Sequuntur  
12. eum cibus Regius, scilicet Vtiā, ait scriptura, Regi co-  
miter eum excipere volente. Onus de pane Domino su-  
comedens & de calice eius bibens, insit Nathan, nimis  
vnica, & vnicè dilecta pauperi.

Dan. 1. Constituit eis scilicet pueris decoris formis:  
Rex annonam per singulos dies de cibis sicut, & de vino  
unde bibebat ipse. Ast quis Jesu Christo cibus, quisque  
potus semper fuit? Pati egstatem, nasci pauperem,  
vivere pauperem, mori paupertim: vescebatur de-  
nique

### CÓNCIO TERTIÁ.

iii

hique seculi miserijs. Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me; ut perficiam opus eius: Ego alium abum habeo manducare, quem vos nescitis; patientium feliciter, tolerandum est mihi; hic vobis incognitus cibus. Ipsiis nectar, Ambrosia, prima, media fercula, bellaria, ad resurrectionem usque exclusiū, fuerunt egestatis, mortoris, dolotis: potus ipius, calamitas, palio. Auditus interrogasse aliquando fratres geminos ambitione distentos tunc temporis, num eundem & quantum ipse sumere quirent potum?

Matt. 20. Poteris bibere calicem quem ego bibiturus sum: Passiōnem suam dicens calicem; ut alias alibi: Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam il. Ioan. 18. huius Calicem salutaris accipiam. Igitur Deus premen. Psal. 115: do electos augustinis, tribulationibus, passionibus, sibi summa necessitudine iunctos aperre declarat. Memini Stobaeus nistis super dicentem me Persis gratissimum fuisse serm. 42. Regis imperio cœdi; ac si feliciter cum easlo actum fuisset, quod Rex eius recordatus esset: Nonne hoc spectaculo videtur Rex Vatidicus inquietus: offendisti populo tuo durā, potasti nos vino compunctionis? Populo tuus ligauerit. item: Cibabis nos pane lachrymarum, & Psal. 59. potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Fælices lacrymæ, lætæ marces, diues pauperes; miseria experitæ, viisque fercula & bellaria mensæ Jesu Christi illata; Fælices & lætæ calamitatis; insigne quippe certissimum amoris fauorisque diuini in eum; in quem itutis! Progrediamur.

18. Opinor Deum conspicere quid sublime in eo quem alijs frequentius & actius aduersis stimular. Hippoconia regiae decurio crebro equitat & agitat equum, quem stadio, belloque aptiorem cognoscit. Quintilianus, aut alijs quiuis mirè eruditus Ludimagiſter excolens in palestra studiorum actiora, vivacioraque ingenia Prouinciar, lectionibus, compositionibus frequentioribus grauat schola sterum, quem ingenio pollentem nouit minori tempore plura comprehendetur. Dux castrorum, quos pugniores & gererosiores omniū nouit, crebriorib, excursionibus, excubijs,

vii.

cubis, velitationibus, expugnationibus, aceribus  
 §. 11. certaminibus exponit; & vt ait quidam, ex aduersitate  
 belli, ubi fortissimum est praelium, ubi scit viro esse fortif-  
 simos. Ita Deus acris premis famulos suos. Deinde, si-  
 cuti argumento est in nobis quid sublimus est, quando in inuidia alijs sumus: Summa petit lior: signum  
 Ouid. 1 de  
 est corpus esse, ubi videtur umbra: argumentum et  
 remed. ingenio, scientia, sedulitate valere causicium, impor-  
 tunè vexatum ut causa patrocinium suscipiat: ita Deo  
 asperius impetrante, & crebrius tribulationibus, tem-  
 tationibus que exercente quempiam, argumentum et  
 hunc apud eum pluris fieri ceteris non ita affluit.  
 Dedignatur exercitamentis ignauos, labios, sudore-  
 rum, frigoris impatientes Deus: congregi cum roba-  
 stis, strenuis, patientibus, constantibus, ut gloriosus  
 sit exitus, incessiter eum libido.

Virgil. 10. Aeneid.

*Nullum cum viatis certamen & athere casum.*

Jdem 2. Aeneid.

*Nullum memorabile nomen.*

*Faminea in pena est nec habet victoria laudem.*

*Teadotitur, constantiorem ratus: propria calamiti-*

*tate tua tibi est honori & decori.*

*Chrysostom. homil. 13. in cap. 4. Matth. Vt capiuntur gra-*

*de documentum thesaurorum tibi à Domino creditu-*

*rum.*

VIII. 19. An etiam forte, ut iusti in his infernis possiden-  
 tes nihil quibus mentem subdant, liberius vnicè  
 Deum amant? Nonne intellectus vel sensus intentus  
 pluribus, minus est ad eorum singula attentus? Non  
 constat experimento oculum plura obiecta simul in-  
 tuentem, nullum eorum distinctius attendere? Sic  
 quo plura fuerint obiecta amabilia voluntati & affi-  
 ctionis amoris nobilissimum Deum. *Vtrius vnicè vni-*

*tior dispersa, aiunt Philosophi. Ut Zelotes vnicè vni-*

*excluso rivali vult amari à coniuge; non concedit*

*videre, colloqui, confetre, amare alium quam se-*

XII

CONCIO TERTIA.

113

Non bene cum socijs regna Venusque manent: *Ovid. 3 de  
arte,*  
Omne procul remouet iubicatum partitionis cor  
dis & amorum: ita Deus noster testimonio proprio  
zelotes. Ego Deus zelotes, qui solus à suis ardenter & v-  
nicè vult deperiri, ex toto corde, ex tota anima, extorta  
mente; qui solas in corde nostro vult aut totum, aut  
nihil esse, qui, ut quidam ait, ero in corde meorum  
aut Cæsar aut nihil: non patitur quicquam penè gra-  
tum iutis, ut eorum cordibus in diuersa non dittra-  
bitur, in ipsis solus imperium teneat: ut eorum affecti-  
bus nullam boni vmbram et tantibus, vnicè ferantur  
amote in verum bonum. *Nusquam est qui ubiq; est, in-*  
*fit deuca. Pluribus intentio minor est ad singula sensus.* *purgis*  
*item nimia amplexus, minus strigit, aut vulgus. supra* *in aui,*  
*dicka vero, nonne proborum vergunt in commodum* *Pies pro*  
*maximum? Ut ille ergo Deus tuos affigit, omnium* *Cæsar,*  
*maxime insontes licet: affigit quippe animo cumu-*  
*lanti bonis omnibus istis, propriez que regio illa in* *nihil,*  
*quaprodigis specie tenus, si adstruatur innoxia, fame*  
*& cœlitate premitur.*

20 Præterea, eo melius conditorem inueniunt, cui  
dilecta sunt alii. *cis ad esle.* *Cant. 2.*  
*Exod. 3. Jauenit eum Moyses, inter vepres: in medio* *Dan. 3.*  
*ignis, jacatur lilium, & inter spinas. Tres pueri vi-*  
*derunt quendam adstantem sibi similem fi-*  
*lio hominis; at Æthna Babylonico iniecti. Aliquam-*  
*do ostense sunt Ezechielis visiones Dei, visiones stupen-*  
*santes, sublimesque; sed patria puto, & in Chaldæa trans-  
lati: sed in medio captiuo: um iuxta fluum Chobar.* *Apoc. 10.*  
*Miris consolationibus recreatur S. Joannes Euange-*  
*listæ; inexplicabilibus confortatur revelationibus, sed*  
*furore Diocletiani relegatus in insulam Patmos. Ra-*  
*pitur in terrum cælum S. Paulus, sed depresso, ab e-*  
*quo prostratus, excæcatus. Vidit cælos apertos S. Ste-*  
*phanus, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei, sed sa-*  
*torum crepitantium imbre à Judæis oppressus. Audit* *Act. 9.*  
*lato lectissima verba, Hodie mecum eris in paradiſo; sed* *Luce. 23.*  
*in crocem clavis suffixus Deus adest tribulatis, iuxta*  
*præstata fidem: Cum ipso sum in tribulatione.* *Psal. 90.*

Hh

Sap.

*Sap. 10. Descendit q; cum illo in foueam, & in modum non dereliquit illum; donec afferret illi sceptrum regis. & potentiam aduersus eos, qui cum deprimebant.*

*Cant. 3. Ipsa Ipona cunctanter quæstum non inducit inter delicias. In lectulo meo per noctes quæsiuam diligat anima mea: quæsiuim illum & non inueni. Surgendum fuit ipsi a lectulo, ut eum inueniret; ac deinde missis delitijs inuenit. En commoda ex calamitibus promanantia instis.*

*Iustorum calamitates probant spe-  
catoribus.*

*1. Verum, quænam reuénit utilitas spectatoribus tam probis quam improbis, ex iustorum circa vilium demeritum tribulatione? Laudat primum probos pa-*

*tientiam sufferentis, quam imitari nütur. Deinde argumentum sumit impius philosophandi, & coocul-*

*dendi hac lex: Si in viri diliguo hac sicut in aridis quid*

*2. fieri? Si tam seuerè deserunt Deus in iustum & inde-*

*3. tem, quibus furijs exagitabit me miserum peccato-*

*4. rem? Item: Multa bona meretur iustus: vult & potest*

*multa largiri Deus: vult, ut iustus: ut omnipotens, po-*

*test. Si vult & potest, præstabit: ali non præstat in his*

*seculo, ergo in futuro: ergo immortalis anima, qui*

*bonis istis fruatur, ergo datur paradysos & locus pra-*

*mij. Advertite quælo insigines conclusiones, quæto-*

*ducere potest peccator ex ærumnis & tribulationibus*

*iustorum. Potest rursus hoc modo ratiocinari: Ne*

*remunerat hic Deus bonos facultatibus mundani,*

*aut quia carum non Dominus, aut quia ea non suffi-*

*ciant. Non primum; nam Domini est terra & plenaria*

*eius. Dominus pauperem facit & ditat: igitur, qua-*

*mundana bona tam vilia ipsi videntur & sunt, vi-*

*nime sufficiant compendandis corum virtutibus.*

*Quorundam igitur ea tanti duco?*

*Plato 5. de legibus: Nihil terrenum robus telephili*

*venerabilius est.*

*Ibidem: Totum quod super terram, quodque sub terra*

*est aurum, virtuti compensari dignè non potest. Quando-*

*quidem aureos amnes terræ superficiem legentes, nec*

*non thesauros eius visceribus reclusos suis non la-*

*giatur Deus, arguento est, eos non sufficere remu-*

*berantur.*

### C O N C I O T E R T I A.

115

titando actui studiose viri iusti. Exigit igitur ratio, ut  
tunc magni faciam.

22. Quid ultra? Calamitates, quas patiuntur iusti  
non solum ipsis & spectatoribus profundunt, *Diligentibus* I.  
*Deum omnia cooperantur in bonum;* sed & ipsis & Deo  
sunt honori, in bonum honorabile. Non ignoratis, ni  
fallor, diversa esse honorum genera. Sunt delectabi-  
lia, ad voluntatem: sunt commoda, ad utilitatem: sunt  
honorabilia, per quae possidens honoratur. Non legi-  
stis aliebi regium, i.e. generosum & honorabile  
beneficiendo mala audire, patiuere? Et magis regium  
non viles? Nonne regium Themistocli multoties  
vitam exposuissi discrimini pro patria varijs in prae-  
ljs, tum terra, tum mari, ac demum pro premio in  
cuius pelli? In quo quidem tam pius existit in pa-  
triam, ut delectus ab Artaxerxe, ad quem expulsus co-  
fugiat, in Imperatorem exercitus aduersum Athenas,  
maluerit veneni siue sanguinis taurini haustu perire,  
quam arma in patriam lumere.

*Plat. in Camillo, Lintus dec. 1. l. 5.*  
Nonne honorificum, & gloriosum, Camillo Romano  
Romapulo, postmodum e barba suam Romam à Bré-  
no Gallorum Regulo oppressam redimere non auti  
pondere, sed ferro? Nonne honorabile lobo, pati mala  
maxima post intermeratam vitam, nec verbum mus-  
tite Deo ingratum? *In omnibus his non peccauit Iob la-*  
*bis suis, neque stultum quid contra Dominum loquutus*  
*est.* Nonne maximus decor honoris Iesu Christo,  
prosequutum fuisse Iudeam multis maximisque bo-  
nis, ac tandem in Iudea à Iudea crucifigi, adhuc pro  
impia Iudea orasse? Certè regium cum bene feceris,  
male audire & pati. Quemadmodum probro vero,  
effuse viuendo, omnibus ad nutum frui bonis, deli-  
cij, honoribus, autoritate &c. ita summo honori  
duco laudabiliter viuendo, referre in compensam e-  
gestatem, abiectiōnē, despactum: qua quidem mer-  
cede omni tempore donati sunt virtuti dediti, tam  
nostra, veræ religionis, quam paganisim alumni.

*Plat. in Catone Maiore, Refert inter memo-*

Hh 2

randa dicta Catonis senioris Tusculani , aliquando  
cuidam respondisse . Mallo se benefacti gratia , quam de-  
lidi pena priuari . Alias quoque , mirantibus quodam  
cur ipsi statua non erigeretur honorifica , ex quo  
inferioribus decretae fuissent : Quia , ait , male puer  
nulla mibi sit posita , quam quare posita . Quibus senten-  
tias arbitrer intendisse maximo decori bene facendo  
male habere , silentio & patientia dissimulate . Itaque  
summo honori iustus , pauperem , fa nelicum , ab-  
iectum , variè in hoc tculo afflctum esse , & parentem  
ferre . Satis aunc de honore iustorum ex misericordia relin-  
tante .

11. 23. Jam attendamus gloriam qua Deo ex illis pro-  
uenit . Gloriosum certe ipsi , quod famulorum suorum  
invincibilem patientiam videat mundos , qui delpe-  
cti , iniurijs affecti , in exilium puls , iugulati , cib , ob-  
mutescunt ut agnus coram tendente , vel macilente  
se .

*Ecclesia  
in hymno  
de Martyr*

*Ceduntur gladij more bidentium:  
Non murmur reponat , non querinonias,  
Sed corde tacito mens bene conscientia  
Conseruat patientiam .*

Psal. 37. Qui inquirebant mala mihi , loquuntur  
vanitates . Et dolos iora die meditabantur . Ego autem  
tanquam surdus non audiebam , Et sicut mutuus non  
riens os siuum . Et factus sum sicut homo non audiens , Et  
non habens in ore suo redargitiones .

Nunquam legistis de Principe quodam , qui vice  
gatis exteris demonstraret ut à subditis colereur ho-  
norareturque , euocauit è sublimi urri quempiam  
qui illico ad vocem Principis se præcipitem dedit ad-  
debatque omnes id ipsum præstituros , si euocarentur .  
Honosificum profecto rebatur subditos habere præ-  
pissimos ad nutum . Existimatis Periarum Tyranno  
honori non vertisse suo plurimum , quod cuiusquis  
corum iussu insens licet cœsus gratiam referat . Putatis  
Deum nō ducere sibi gloriosum , quod Propheta lib-  
eratus sine causa omnibus bonis adhuc dicat , Domi-  
nus dedit , Dominus abiitulus , sit nomen Domini beni-  
ficiis .

*Stobaeus  
serm. 42.*

*Iob. 1.*

## CONCIO TERTIA.

117

sum? Quantus ille seruus, qui cæsus non obloquitur  
Domino! Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod *Iob. 1.*  
non sit ei similis in terra? Aiebat Deus, quasi glorians de-  
famulo, qui taliter afflictus obmutescet ut agnus.  
Ibla Balaam pseudoprophetæ asina sufferre nequit se  
immitram cœdi: præter naturæ solitum ordinem vo-  
ces singit humanas.

Num. 22. Aperuit Dominus os asina & loquuntæ est:  
Quid fecisti tibi? Cur percutis me ecce iam terro?

Equis iniuria calcatis petitus recalcitrat, & sti-  
mulationem prostertere quantum potest nititur: ser-  
vus autem Dei stimulo petitus & repetitus, non sonat *Ioan. 18.*  
verbis, non dicit: Si autem bend, quid me cadis? Grates Breu Rœ.  
refert, cum cliente Persico, quod flagellati habitus sit *10. Aug.*  
agnus. S. Laurentius in craticula semi-costatus, ait: *Af. 59 No-*  
*sus gratias ago. S. Theodorus miles Christianus yn uemb.*  
golis ferreis excarnificatus sub Maximiano impe. *Psal. 32.*  
tatore, nudatus omnino latera, læra voce emodula. *Ouid. ele.*  
batur: *Benedicam Dominum in omni tempore.* *Iob in de nuce.*  
terquilinio iacens: *Etiam si occideris me, in ipso sperabo.* \* *Amb. 3.*  
Afflicti sancti sunt ad instar canum fidelium, qui ma. *Examer.*  
gis cas, magis sequuntur Dominos suos: nucum, quæ *Arist. 8.*  
plus imperiæ, vberiorem fructum proferunt: \* *pal. probl.*  
ma, quæ quo fructu grauior, eo rigescens magis af. *Plut. 8.*  
surgit: mulorum, qui grauiore grauati sarcina velo-*sympo-*  
sios pergit: lapathi, apothecarijs *Acetosa*, Romanis *Plin. l. 26.*  
numex Grecis *εξαίσια*, Florætinis *Agrestini*, dicti, quod *cap. 42.*  
conculcatum vi relcit: scurra, qui vi laute epuletur, o. *Gellius l.*  
monia veritatem in iocum; qui derisus, deridet; qui cæsus, 3. *Noct.*  
& conculeatus, cachinnatur. *c. 1.*

Juuenal. satyra 3. Rid. 5? Maiore cachinno, *Erasm. in*  
Concuditur: si dixere estuo sudat. *prou.*  
Sanctorum palponum Deifummi Monarchæ; qui Palmam  
aunt: Postremò imperavi egomet mihi, Omnia assentari. ferre.  
Adhaec: honore suu promouet Deus tribulationib. *Terent. in*  
Sanctorum: quidè sunt ipsi quasi subiectū exercendę *Eunuch.*  
misericordia, & portetiæ: misericordia, piu se pra ben. *act. 2.*  
do in miseros: sine ligno non operatur carpentarius. *scen. 2.*  
D. Aug. serm. 27. de verbis Domini: Frangis panem *III:*

H h 3 eſu-

*esurienti, quia inuenisti esurientem. Tolle famam, cui  
frangis panem? Tolle peregrinationem, cui exhibitis  
talitatem? Tolle nuditatem, cui prestas vestem? Non  
egritudo, quem visitas? Non sit captivitas, quem redimis?  
Non sit rixa, quem concordas? Non sit mors, quem sepelis?  
Si non esse miseri, misericordia non habet locum.  
potentiae, eripiendo a labirintho inextricabilis, in-  
tricabili, non adeo cito: si cito, non tam paucis, aut  
tali modo.*

*Matt. 18. Nauigium S. Petri saevis fluctibus, &  
torrentibus ventis concuti dissimularat, ut cum constanti-  
bus clamet, Domine, salua nos perimus: vt eorum mi-  
seritus verbo unico mare sedet, & in laudem suam pre-  
dicetur: Qualis est hic, quia venti & mare obedient in  
ut probarentur calamitates irmittit sanctis ad mo-  
rem Dei gloriam, dixit Christus Lazarum Marie Ma-  
gdalenam fratrem, infirmari, non ut moreretur, pra-  
pud; is non fuit potissimum sicutis: sed ut manifestaret  
gloriam suam, mortuum ad vitam ieuocando.*

*Ioan. 11. Infirmitas hac non est ad mortem, sed pro glori-  
ria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam.*

*Psal. 49. Erue me, & honorificabis me.*

*Franciscus Toletus comment. in hoc Joannis: id  
circo hac infirmitas permissa est, ut ea Deus glorificaret,  
& dum Lazarus ad vitam ieuocatur, Dei virtus, & di-  
linitas insanante & suscitante cognoscatur, ut in eum  
homines credant.*

*Divina enim prouidentia effectus inferiores in superi-  
ores fines & causas ordinat, ut docet Greg. Nylli. lib. 8. de  
Philosophia, cap. 8.*

*Dixit rursus Christus adolescentem non natum  
cæcum peccato eius, aut parentum.*

*Joan. 4. Neque hic peccauit, neque parentes eius, ne-  
cus nasceretur sed ut manifestetur opera Dei in illo Audi-  
tis ad manifestationem opum Dei na cum cæcum.*

*Hanc ipsam rationem confirmat S. Gregorius cap.  
5. præfat. in Iob: Nonnunquam quisquam ne prope-  
terita, nec pro futura iniuritate percussitur, sed ut sola di-  
vinæ virtutis potentia ex amplitudine percussione montri-  
tur.*

Idem Ibidem: Ideo Iob flagellatus, ut pro flagello diuinæ gloria laus cresceret, non autem ut per flagella, peccata que nunquam commiserat, emendaret. Ibidem habet diversas peccatum diuinarum rationes. Item Gregorius Nicæus siquot de prouidentia Dei.

Licet mihi hoc loco quæsto Poëtam singere: futurum reor, ut totius rei intellectum facilius assequamini. itaque, si curi summè gloriosum & honorificum etat hasta Achyllis ( si tamen vera scribunt Poetae) Pelias dicta, quod quicumque ea feriretur, haud aliter sanari à vulnere, quiret quam eadem denuò iactus: ita maximè honori vertitur Deo, quod necessarios vulnet, feriatque tribulationibus varijs; ac demum mira industria ab eis eos liberet. Vidistis vñquam medieum, ut sibi gloriam ex arte conciliaret, sauciasse, deinde sanasse sibi in amicitia primos? Eis toxicum propinasse, & altero intoxicato poculo curasse? Eiusmodi videtur Deus. Percutiam, amicos, & ego sanabo. Dominus pauperem facit & ditat; dedit ad inferos. <sup>I. Reg. 2.</sup> Reduct. Dominus mortificat & vivificat. Atque hoc <sup>Deut. 32.</sup> totum, ut constet quid, quantumque possit in extremis.

Has propter rationes omnes sunt iustis tribulaciones: quibusdam propter quasdam; alijs propter alias. Ob quam vero harum censetis rabida fame percussum regionem in qua morabatur prodigus, supposita eius innocentia: Dixerit, qui Deo est à secretis; ego vero insciat meam ingenuè propalo. Sit satis quod in genere dixerim: insontes affligi hac & illa de causa: certè ob quam hunc, vel istū affligat, dicere nō ausim.

24. Penè absoluera: ast nō nihil remorabitur hec ultima ratio. Videor enim videre vos quærentes: Quoniam aduersitates iustorum nonnullæ non immittuntur eorum peccato præterito, aut futuro, solummodò ad manifestationem gloriae Dei, qua iustitia id queat Ius du-  
Deus! Fasne altero spoliato se vestire? Eripere in mari plex, sum-  
ligum, aut tabulam naufragium ipsius opera euā-  
denti, ut ipsi nos in præiudicium eius saluemur? xquum  
Cicer lib. 3. Offic. Detrahere aliquid alteri, & homi- bonum,  
Hh 4 nem

nem hominis incommodo suum augere commodum, usque est contra naturam quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera que possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.

Ibidem; Neque vero hoc solum natura, id est integratum sed etiam legibus populorum quibus in singulis civitatibus Roff. continetur eodem modo constitutum est, et non licet sui commodi causa alteri nocere.

Qui igitur Deus, ipsa bonitas, iustitia, legum amita opprimat, affligatque infontem ut lob, & fome prodigi regionem, solius promotionis sui honestae causa, nullo alio merito patientis? Quodnam iustitia exemplum hocc?

25. Dico itaque ius esse duplex; Ius summum, & iudicium: deinde equum, bonum. Si specteris solum quod juris consulti dicunt equum bonum, Aristoteles dicit, Ex lege i. de iustitia quod indocti nostri barbari adpellant epicaire; id est secundum equitatem, & bonam fidem indicate secundum \* ius mitigatum, remissum: Aequitatem; insit Donatus, est quae ex iure multum remittit: perfecto non ita affigendi esent iusti, Deo soboles charissima.

Terent. in Adelph. Ille ut item me habeat facio salto: do, pratermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere, id est, ad rigorem, ut barbari loquantur.

Decentia, aut ut loquuntur Theologi, de congruitate, nulla aequitate probor: res ad mantica reducit Deus. Terent. in Andr. Quid facias ei qui dederit damnatum, aut malum?

Lucæ. 23. Si in viridi ligno hac sunt, in arido quid fieri?

\* Seu iure non decet patrem. Si verò spectabis Ius quod omniaretur & infelix illi exigit, ius strictum, quod vocant Jurisperiti, aut quod Theologis dicitur condignum; & Cicero, Ius summum, respondebimus multis, per quæ liquebit haud iniuriosos affigere, etiam meliores, iustioresne Antistode Atheniensis, Æoæ Troiano: sanctiores licet Jeremia, & Ioâne Baptista, in utero materno sanctificatis, de quo

Pau-

Vide Budei an-

not. in

Pædeius.

Ex lege i.

de iustitia

equa-

re iure.

Itavagla

px ro-

vius,

vocant

Graci.

\* Teret. in

Heaut.

Cicer. i.

Offic. Co-

lumella L.

i. de Offic.

patris F.

Erga co-

lonum lo-

quens ha-

bent prou-

summa ius

summa iniu-

tia, mali-

tia, crux.

## CONCIO TERTIA.

121

Paulus Diaconus. Non fuit vasis spatum per orbis  
Sanctorum quisquam genitus Ioanne.

Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior,  
sanctitate maxime, Ioanne Baptista.

Dico itaque primum: Tametsi calamitates non infliguntur iustis pro peccato proprio & personali, neque immediatorum parentum: non tamen circa peccatum ipsorum ullum, propter quod solum Deus secundum ius summum & rigidum nulla eorum iniuria poterat longe grauioribus premere. Hic cæcūtient Ethnici peccatum non agnoscentes non personale, nec edicti aliquando peccatum dari nostrum, cuius rei sumus, & tenui corrigibiles, nihilominus non commissum à nobis personaliter. Hoc paradoxum obscurius Ciceronianus, & Stoicis, auribus Paganorum. Nos vero Christianos attendere oportet ad doctrinam Catholicam, quæ statuit peccatum originis; sic dictum aut quia prius patratum, aut quia mundi primordio commisum; aut quia aliorum omnium origo, aut quia in nostra origine contrahimus ipsum; aut alio respectu: peccatum, inquam, quod admisit Adam in paradiſo terrestri, non ut persona, sed ut natura humana, cuius nos, utique individua desegmina eius tanquam naturæ humanae, æquale rei, ob quod æquè omnes in ius vocari, æquè puniri pena æterna (taceo nunc penam æternam lensus) quæ damni dicitur, quæ & priuatio, gloriose fruitionis Dei, possumus merito: quæ pena cedidit sexcentorum infernotum atrocitatem, ex sententia 3. Iohannis Chrysostomi, ut fauentibus Superis dicemus libro, Definibus bonorum & malorum, quem Antioch. conscribimus, ni liuore oppressi suffocemur: & Deus vita nos dignetur, donec extremam ei imponamus manum.

Job 15. Nemo mundus à forde. Item: Cœli non sunt mundi in conspectu eius.

Idem 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?

Pl. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Chrys. t.

5. hom.

47. ad

Antioch.

Idem t. 2.

in Matt.

c. 7. hom.

24. in il.

lud:

Omnis ar-

bor quæ

&amp;c.

Hk. 5

Rom.

D. Aug.  
§.3 l En-  
chiridij  
ad Late-  
zenium  
§.112.

Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Diu-  
ni.  
Gal. 3. Conclusis scriptura omnia sub peccato.  
1. Cor. 15 In Adam omnes moriuntur.  
Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mu-  
dam intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homi-  
nes mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Atque eiusmodi est peccatum istud, ut ipius solus  
causa, per baptismum quoad culpam & damnationem  
æternam remissi licet, meritò Deus, De condigno, iure  
iure suo, iure stricto, ut vocari Jurisconsulti, seruato iure  
rigore, seruatis apicibus iuris, si rigido iure procedat,  
punire nos possit, qua, quando, ubi libenter, pena  
temporali. Propter hoc videamus infantes mortuorum  
quam maturescere, & varijs æruminis premier doctrina  
na D. Augustini tomo 5. l. 22. de ciu. c. 22. qui ait: Appa-  
ret humanum genus ad luendas misericordiarum panis se  
damnatum. Infantes sunt dannati, antequam nati: scilicet  
renati, immunesque à damnatione per languiam  
Iesu Christi in baptismo, nihilominus tenentur ad  
huc penitus temporalibus arbitriis. Si individua  
quæque naturæ vniuersalis aequaliter non puniuntur; be-  
neficij, gratia singularis, non debiti justitiae ch-  
iugis. Cum itaque ad augmentum honoris Maiestatis su-  
mum, prouinciae suppositæ insonti, in qua agebat pro-  
digus, haud circa iustitiam & ius: potest siquidem oc-  
casione peccati originis, propter quod durius multo  
nos potest excipere ardo iure.

Vt vero quid iuste peragatur, sufficit non admix-  
tam esse iniustitiam, tametsi per modum iustitie non  
fiat. Exempli gratia. Sint creditorib[us] debitores multi,  
a quibus solutionem iure suo misericordia motus  
non extorqueat: exposcat tamen a quopiam ipso  
rum partem debiti, ut ea ratione gazas suas ostenter,  
aut quæ honoris sui sibi promoueat; haud iniurias  
erit debitori huic, quippe plura debent. Ita, si Deus  
noster, cui omnes decim mille talentis tenemus, pa-  
cens impiis, nec eos pro demeritis corripiens, mole-  
stè sanctos diuexerit, quibus indulgere debuerat.

## CONCIO TERTIA.

123

*fugrui ex aquo & bono; nullam infert iniuriam de con-*  
*digno summo iure. Ad normam equidem iuris huius;*  
*non datur adeò pena atrox, qua non meruerint atrocierem peccato originis.*

Dico secundo: Quantumuis Regio fame valida  
 percussa, aut aerumnoius iustus quis fuerit insons, nihilominus in Deo vlla statui nequit iniustitia. Ut au-  
 tem glomerem euoluamus, negotandum, Deo fame, &  
 gaudine, damno feriente pium quempiam, non ita  
 accepientum, ac si ad ipsum pertinaret, vel ipsi debe-  
 retur id quo priuatur ea calamitate: sed intelligentia  
 est. Deum nolle ipsi istud vel illud largiri, quo-  
 modo alia largitus est, utique qui nullatenus tenetur  
 hoc vel istud ei tribuere. Dona siquidem Dei gratuita  
 sunt, aliqui<sup>n</sup> gratia iam non est gratia. Igitur quando

Rom. 11.

don praefat Deus Regioni, aut homini priuato om-  
 nia pro votis, vt annos plurimos, sanitatem, bonorum  
 affluentiam, honores &c. nō subtrahit aut retinet de-  
 bita; sed non donat, quod alioquin donare poterat  
 non obligatus Id autem minimè iniustitia, sed terminus,  
 & finis liberalitatis est ipsius. Quocirca, optimè  
 respondit procurator Patris familias vinitori ambienti  
 ultra pactum denarium diurnum, nec tamen ultra  
 obtinenti, rametis ultra ipsi donari potuisset. Ami-  
 tu, non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est, & vade.

Mat. 20.

Liceat date queam id ad quod teneor, tibi haud iniu-  
 riis videat, si non dedero: nec enim mea in te libera-  
 litas ulterius protenditur. Si cui conferat Princeps  
 honores, munia præclara, præfecturas gratis, dene-  
 get autem ædes magnificas, villas, centus, quæ a-  
 lijs largitus est; haud illius iniuria: iniustus non cen-  
 sebitur, sed munificentia in eum suæ fines ulterius  
 propagate nolle. Pari modo Deus, à quo quicquid  
 possidemus acceperimus, non tanquam debitū, sed vt  
 gratia & priuilegiū; qui nihil, ad nihilum, pro nihilō  
 nobis teneret, non augens iustissimū, aut innoxia ci-  
 vitatē prosperis, opibus &c. sed potius sceleratos, ne-  
 quaque iniquitatis, iniustitiae in infonte argui potest:

ex

*ex aequo & bono, aut de congruo, ut aiunt alij: solummodo non dat, quod penes ipsum stat liberè & iuste dare, aut non dare. Haud iniustitia notandus, dimisso sancto inter peccatores misero, quanquam omni scire vacuo: non magis quam iniuriam facit equo generoso fame & miseria pereundi, macilentum iniuriamque alterum domi, fortis, pace, bello, pinguipabulo ubereque pascaens; quia hocce placitum eius; & pro arbitrio de suis disponere potest. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, qui a ego bonus sum?*

**111.** Amplius dico: supposito hominem iustum: dona & beneficia Dei non ex gratia, sed debito procedere; ad huc si Deus postmodum ea adimat, ut quæ honorem Maiestatis suæ spectant vrgent, quod nullam committit iniustitiam: omnes enim ceu clientes humili-Distant iustitia & ratio ciuem exponere facultat, sanitatem, quin corpus, & vitam in gratiam honoris Principis, & boni publici: quomodo iubet natura membra ignobiliora corporis naturalis desudare & laborare ventri; omni se obiecere discrimini, tutando capiti, ut ab ipsis docemur serpentibus.

Cicero 2. de legibus: *Pro patria mori, & ei nos reddere, & in ea omnia nostra ponere, & quasi consecrare: bemes.*

Jdem 1. Offic. *Pro patria quis bonus dubitet morium oppetere, si ei sit profuturus? O ut gloriose in lecto natræ concedit, aut magis honorificam adipiscitur vitam, moriens ut viuat patria; pauper factus, ut diteretur illa!* Hinc Mutius eudenti se obiecit periculo mortis, Porsenam cædens hostem medijs in castris, & charam patriam Romanam ab imminente seruitute via dicaret.

**Liuinus**  
**dec. 1. l. 2.** *Titus Liuinus decade 1. l. 7. Hinc celeberrimus M. Cutilius lubens in hiatum se citato equi cursu armatum præcipitem dedit, dilecta patria ne absorberetur. Et facere, & pati fortia Romanum est.*

Ouid in *Stobaeus. serm. 1. In gratiam commodi publici p-*

*112*

tria Egistheus filius Mydæ Regis edictus oraculo *Ibin. Ti-*  
hiuleum terræ hiatum apud Celenem Phrygiæ non *tus Liu.*  
coitum nisi iniectione rei præstantissimæ, vltro se *dec. i. li. 2.*  
armis instructum, consenso equo in precipitum de-  
dit missa charissima coniuge Timothea, quam ut la-  
boraret patria.

*Institus lib. 2.* Codrus Atheniensium Rex rusticum  
simulans hostem prouocauit, irritauitque, ut citò pe-  
nens pristino nitore florerent Athenæ. *Codrus pro pa-* *Horat.*  
*trianon timidus mori.*

*Plutarchus como 2. moral de apoph. Lacedam. Lacc- Stob. ser.*  
demones gemini, Buris & Spertis secundum Plutar- *1. ex The-*  
chum; aut secundum alios Bules & Sperches, misa seo.  
sponte patti, vltro se in potestatem Xerxis Persa-  
rum Imperatoris dediderunt, paratos quod lubet-  
ter mortis genus subire, ut Lacedæmonem à pesti-  
lencia merita cæde fecialium Regis expiatam suo fato  
liberarent.

*Cicerol. i Tuscul. Iphigenia in gratiam prosperæ na-*  
vigationis Græcorum suorum immolatur lubens. E-  
quidem altè impressæ natura tabulis cordis nostri le-  
gem, qua iubemur omnia tentare, cuncta pati propa-  
tua. Dulce & decorum est pro patria mori. Idipsum pa- *Horat. l.*  
tiatur spontaneè subditus pro Rege, capite, & nobilio- *3. carna.*  
ri patre patriæ, sine quo non subsistit patria, haud se *ode 6.*  
cus ac corpus animale, sine capite & corde. Si vt ferri  
acies ac capite, aut mucro à corde auerratur, crura, bra-  
chia, & quicquid corpore humano cōtinetur, promp-  
tè sese ingruat & opponunt: quorsum Reipub. mem-  
brum renueret pati pro conseruatione, defensione que  
verucis, & Principis eius? Hoc tenentur membra ca-  
piti & cordi: hoc subditu Domino. Non delinquunt  
in legem naturæ caput & cor, exponentia mutilatio-  
nis discrimini cætera membra sui tuandi gratia: ita  
haud iniustitiam committit villam legitimus Princeps  
subjectos exponens certo & euidenti periculo mor-  
tis, obijcens laboribus, calamitatibus, facultatum  
iacture, pro conseruatione, & sui ipsius, & boni pub-  
lici totius regni. Quod sui muneris est præstant bra-  
chia,

chia, si se ferro opposuerint, ut caput, corq; tuncemur.  
Non est iniuria potior ienæ corporis humani medie-  
cina sanguineum educendo, ne vtrumque pereat. Ne  
peccat in corpus serpens, si vt caput illæcum tuauit,  
ipsum patiatur discindi.

Non est porrè Deus inferior ad nos, Rege respectu  
subiectorū; capite aut corde ad cæteta membra cor-  
poris: adeoque haud minus tenemur ipsi quam mem-  
bra corporis capiti & cordi: nec ipsi minus imperium  
in nos, quam cordi & capiti in membra; aut Regis  
to in clientes: nullam igitur committit iniustiam, li-  
ob bonum commune, ut altius fidem figat (quæ res  
salutis via hominibus,) quin si ad solum gloriam, hono-  
rit, laudis sui notinis augmentum infinitatu, dispe-  
dio, exilio &c. obijciat omnium iustissimos.

Amplius statuo: Non solum non iniustos est Dei  
affligenſ insontes: sed ipsi iusti reatu tenererur, si po-  
usquam incidat calamitas, diceretur: regnudo illi  
fames, electio &c. faciet ad promotionem glorie Dei  
& propagationem fidei, nec eam lubentes amplecti-  
tentur citoſſimè in obsequium Dei. In hoc namq; cau-  
tem tenemur iustitia & jure nis nos subdere, nos vltò ol-  
ferrere ut patiamur. Durū fortassis videatur, sed verili-  
tatem: quod sic probo. Vita infinites pretiosior est fe-  
nitate, opibus, honorib; quibus potiri queat homo,  
in humanis. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homi-  
dabit pro anima sua. Rursus, exosa est multo rugis  
mors omni languore, exilio, paupertate. Martyres au-  
tem tenebantur subire mortem, perdere vitam propa-  
gandæ fidei, & gloriæ Dei causa; igitur & nos tenemur  
minora pati si fecerint ad dilatationem fidei, & maio-  
stabatur ex tunc quod patiebatur tormentum, mette  
dem parricidij necrum patrati.

Gen. 4. *Quare iratus es, & cur concidit vultus tuus?*  
siebat Dominus. Sicariorum tremunt manus, turbat  
ur oculi, pallent ora, ante patratū crimen. ut terroris  
bus affliguntur in somnis qui flagitium meditaneantur.

Stat. 3. Theb. *Inuigilant animo, scelerisque patrati*

Exercent cura.

Virg. 4. Aeneid. Dido loquitur ante in concessam V-

eretem:

Anna soror, que me suspensam in somnia terrent?

Idem ibidem:

Solaq; culminibus ferali carmine bubo

Visa queri.

Satis cunctas ista quas dant pœnas criminum fa-

tutorum; quæ certè efficaciores sunt immutandis a-

nimis, & vita iustitio, pœnis exterioribus. Atque ma-

nent prima & secunda obiectio sufficienter redargu-

te, ut arbitror. Veniamus nunc ad id quod tertio loco

Responso

propositum est, nimisrum pœnae externæ dilationem

ad tertiam

efficere ut collatur prouidentia; dicaturq; fortuna &

casus, quod purè à iustitia procedit. Dico vero, id satis

veru non videri. Conscientia namque, impijs sexcen-

torū testium vice, restatur sat superq; omnem calamiti-

tatem immissam propter præterita peccata. Merito hac Gen. 42,

patimur, aiebant fratres Ioseph, mox ut sentiebant du-

nusse excipi in Ægypto, tametsi duodecimo vel deci-

motetto aut circiter anno à perfida vèditione Joseph.

Dico duodecimo vel circiter anno; indubie siquidem

biennio egit in vinculis ad minimū, legite ca. 41. Gen.

priusq; carceri traduceretur uno & altero anno saltem

cohabitauit Putiphar: dicitur enim Deus rerū omniū

vbertate cumulasse Putiphar domi & ruri, obtēru fa-

muli sui Joseph: ut autē rei domesticæ promoto insignis

facta Ioseph gratiā perciperetur, debuit aliquandiu i-

bidem cōmoratus fuisse, maximē ut aduerteretur cā-

pestium multiplicatio, q; communiter in anno semel

fructum p̄bent. Legite ca. 39. Gen. Deinde descenderūt

in Ægyptū anno secūdo famis vniuersalis. Videte c. 42.

Anci q; famē effluxerant anni septē maximē vbertatis.

Duo autē anni famis; duo incarcerationis, duo, aut sal-

tem unus famularius Putiphar, anni septem vbertatis

constituent tredecim, aut saltem duodecim annos ab

ipius vèditione. Esto, ut est de numero annorū; cōstat

atramē multum tempus effluxisse inter venditionem,

& castigationē frattū: immutatus equidē erat vultu,

**F**orma, magnitudine, sermone, ut colloquens & consueccens frequenter eis non agnosceretur. Nihilominus, variè exagitati in Ægypto, cognoverunt, consilique sunt cuncta sibi accidere ob venditum fratrem.

*Peccauimus in fratrem nostrum, idcirco venit super tribulatio:* dixerunt omnes vna voce. Ruben peccatiter: *En sanguis eius exquiritur.* Rursus comprehehi ob depichenium cyathu in sacco Benjamin, filius eius.

**G**en. 44. Judas, antiqui sceleris pœnas exigit: *Quid loquemur ad Joseph aut iuste poterim obtendere?* Deus inuenit.

**E**xo. 9.10. *quitatem seruorum tuorum.* Similiter Pharaon, Peccauit in Dominum Deum vestrum, & in vos, dicebat, mox ut nos Dei flagello vrgesceretur: Licet gradu lento adueniret, fons annis centu ab inchoata tyrannide in Israelicis Gen-

4. Reg. 21. tē, à se, & maiorib. suis. Sic Manasses captiuus Babylone post cruentam dudum cædem Prophetarū. Sic Antiochus oolidus & putidus intolerabiliter multo tempore post sacrilegia impia, post patratas rabidas casdes in orthodoxos, probè intellecerunt eas pœnas procedere à prouidentia Dei, animaduerentes iniquitates pristinas. Ita Julianus dudum à defectione & apostasia, post tot in Christianos suscitatas persecutio-

nones & clades, tandem pilo trajectus, cito cognovit cælitus emissum. Nam ad militem qui pilum vibravit non conuersus, sed ad Christum pilum directorem, eni-

**P**olicrat. **I. 8. de cu-**  
**rrial. nugis** **cap. 21.** **P**si. 118. *stii Galilae, viciisti, ait; cedo arenam, & victoriam. Mau-*

*ritius quoq; Imperator, hostis ferro subiectus, & faci-*

*le spiculum expectans aiebat: Injustus es Domine, & ri-*

*ctum iudicium tuum, existimans, ut arbitror, cuncta fi-*

*bi accidisse præteritorum criminum obtentu. Itaque*

*procrastinatio ista nō adimit impio sensum prouiden-*

*tiae, & iustitiae diuinæ.*

**Q**uod verò adfertur, eos qui ante fata non videtscelerorum ultionem posse desicere in errore, & errorum Epicuri negantis prouidentiam Dei; dicimur in eos præseruatiuis & antidotis, dum ab aliquibus pœnas ex tempore & flagranti crimine repetit: non enim semper differt supplicia externa. Deinde, ferox seum

peccus cuincunt, scandalizati misericordia Dei. An-

telat

ad

## CONCIO QVARTA:

153

tulus tua nequā est, quia ego bonus sum? Deniq; multa magna que commoda quæ à sua dilatione educit, nec aliter fermè educere potest Deus, de quib. statim, satis superq; compensant damnū, q; est scandalum acceptū, non datum; & plus æquo resarcunt cauentiam boni alienius, q; accidere posset si magis vrgeret. Ex bonis optima & plurima, ex malis, minima & paucissima.

Ad postremā incongruentiā q; obiicitur, tēspōdeo, Ad vlti-  
morum spectacula cruenta exhibeat, aut eos carne &

sanguine humanis pascat: non corripit impium, vt in  
cuius cuore lauent pij manus suas: neq; vero id intēdit  
Vates dum ait: Ps 57 Letabitur iustus cum videris vin-  
dictam manus suas lauabit in sanguine peccatoris: sed ad-  
fuit ganifuros iustos ex vindicta peccatorum, non vt  
vindicta, sed vt per eam impelluntur impij vt transfu-

giant ad pénitentiam: non vt vindicta, sed quia exter-  
minato peccaro desinit offendī Deus: non vt vindicta;

sed quia tum ipse, tum alijs spectatores in munere con-

tineatur. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia 2. Cor. 7.  
enristati estis ad pénitentiam, infit d. Paulus. Quid?

Quod authore Deo voluptatem caperent iusti ex lan-  
guine humano? Indecentius id foret, quam omnino  
nō punire. Decet Deum corripere potius nunquam,  
q; in eum finem. In hoc n. castigans, pēnas ex peccato  
repeñō p̄cipitaret spectatōrē in aliud atrocius, ex  
Sylla in Charybdis: Charitas naturalis & Euāngelica  
grauissimē offendetur, vnde consequitur argumentū  
istud omniō nullū. Profectō plus nimio indulgere-  
tur spectatori indigno appetenti rei suppliciū, non vt

legis offensē honos restituatur; non vt castigatus cor-  
rigatur, sed vt efforam suam libidinem expleat.

*Qui fruitur pena ferus est, legumq; videtur  
vindictam præstare sibi, cum viscera falle.*

Canduerit, ait optimē Claudiābus quodam loco.

Satis tēponsum arbitror argumentis cegitis in sus-  
pensionē punitionis diuinæ. Indagēmus nūnc, vt nul-  
lum oriatur malum ab ea procrastinatione, quin ma-  
xima commoda: quib. interdū causis mouetur Deus,

nostrum se habuit, fame, ac tandem miseranda fru-  
tute ptemendo, vbi libidinem pro posse & arbitrio ci-  
plescit. Et postquam omnia consummasset, facta effe-  
mes, valida in regione illa, & ipse caput egere. Aduenit  
sedulò ista: Postquam omnia consummasset.

Cur diffe-  
rat quan-  
doq; Deus  
impiorū  
supplicia.

5. Quanquam summè desiderem & constitui pro-  
ferre rationes aut verissimas aut saltē verisimiles, cur  
Deus exemplē non animaduertat in peccatorem, sed  
gradu lento, plumbeoce, vt aiunt, procedat: attamen  
luber fateti humiliret & testificari palam in hoc ne-  
gotio aliter me non posse procedere quam palpando:  
nec velle admitti meas ratiocinationes hoc loco, vt o-  
racula Delphica: sed vt sermones eius qui etate po-  
test; & qui exiguae eruditioñi suæ permixta aguicet  
ignorantiam infinitā. Quis ego, qui profitear omnia  
exactissimè & verissimè à me sciri? Magnone illi Deo  
a secretis fui?

Roman. 11. Quis enim cognovit sensum Domini? An  
quis consiliarius eius fuit?

Ps. 35. Iudicia Dei abyssus multa.

Ps. 41. Abyssus abyssum inuocat; id est, Deo si op-  
eretur, aut ipsissimo ad Dei nostri secreta inuestiganda.

Rom. 81. O altitudo diuinarum sapientia & clemen-  
tiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inu-  
gabiles via eius!

Isa. 45. Verè tu Deus absconditus.

Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris.

Proverb. 25. Qui scrutator est Maiestatis, opprimetur  
gloria.

Isa. 40. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint.

Ps. 52. Qui posuerūt in calum os suum, & lingua eorum  
transiit in terra, reprehenduntur.

Neutiquam: Omnim rerum causas & rationes  
profiteor assignare: dico autem, palpando inue-  
turū, quib. causis moueat Deus nō virgete vindictā.  
Nec n. tam inconueniens sonore lyra ordinatas  
asini soleata vngula perstringi; aut effeminatus quem-  
piam pensa trahentē, de re militari & armis disputatione;  
aut Mydam asinī auritū de symphonia concavus  
Apollin.

Apollinis definire, quam dedecet hominem perscrutari arcana conclavis Dei. Si frequenter arduum plectio scire cur medicus hoc aut istud non poterit praeusquam cauterio viret; aut serra secat membrum putre; cur heri potius quam hodie vulnus non lauerit; si sexcentorum actuum humanorum, eorum etiam quae per iocum & ludum sunt, ratione assignare, quin operationum animalculorum nequimus: si cuius Gordiani nodos dissoluere simplices non valuit Alexadri inge- *Q. Curti⁹*  
nus: qui causas recenset homo cur Deus applicet in exordio medicamen flagellationum impensis, acrius, aut learius, *lib. 3.*  
ciuius, aut serius vni quam alteri? *Inuestigabiles via eius.* *Rom. II.*

Primita sunt consilia Dei, non cognita & patentia intellectui humano; quin nec perfecte Angelico verum, tamen ieiunè proferemus modicum id quod dignatus est Prophetatum & A postolorū ore, & Doctorum suorum calainis reuelare; nec non quod probabilitate ratione humana possumus augurari.

6. Dicamus igitur reverenter, primò: Differt Deus flagella, ut prudentiam testetur suā; cuius pars haud intima obseruat tempora oportuna rerum omnium & actuum. Omnia tempus habent: non semper plantandi brachicis tempus; irrigande aliquando, euellende aliquando sunt, iactamus crebro.

*Eccles. 3. Omnia tempus habent, & suis spatiis transiunt.* *De hac uniuersa sub celo. Tempus plantandi, & tempus euellendi.* *Cicer. l. quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi.* *I. Offic. Tempus destruendi, & tempus adificandi. Tempus tentandi, & tempus loquendi &c.*

Ouid l. Fastorum:

Non habet officium Lucifer omnis idem. Philosophi cuncti monent explorare sedulò occasio- *Br. & Geia,*  
nem & opportunitatem agendi. Hinc sapientissimum il- *lud Hesiodi ῥώθι καρπόν, id est, Non est tempus: quod id est, oc-*  
ter septem Sapientum apophthegmata numeratur. *casio.*

Hinc Socrates ad Daemoniacum: *Iniuncendum in o-* *Br. & Geia,*  
*mni re est, quidquid in tempestiū est. Noctu super strato id est, or-*  
*caepessenda requies; interdiu mēte accubendo sumēda dinis con-*  
*fectio, non vero tempora primita. Noctem verterunt feruntio,* *in diem,*

in diem, sonat proerbialiter opprobrium tempore

*Horat. c.1.* abutentium *Quum pluit, molendum, fertur commun-*  
*Epist. ad* *ter. Tam necessaria est exploratio oportunitatis om-*  
*Lollum:* *nium actionum, ut ea non seruata vitiolum fac incen-*  
*Cui pul-* *pestive factum, quod indifferens est: quin quod natu-*  
*chrū fuit* *rā purē bonum est, mutabit naturam & qualitatem*  
*dormire* *in medios loco & tempore congruis non seruatis. Offendat me*  
*dies, & ad* *Diogenes, vniuersaque canina eius schola, ferete si alibi*  
*strepitu m-* *tatur in foro styrepum humanam: quam si alibi fuerint,*  
*cytharz* *quod sui muneris est præstabit: efficietque quod Deus*  
*cessatum* *per quosdam vult necessariò peractum: Nunquam le-*  
*ducere cu-* *gistis quod oportunè despere sit magne prudèſſeſſa-*  
*ram.* *Dauid in curia Regis Achis, vñ euidenti periculo fecer-*  
*Inſipiens esto cum tempus postulat, aut res.*

*Horatius. Dulce est despere in loco. Dico quod deli-*  
*pere loco, sit magnæ sapientiæ: Philosophum, & erudi-*  
*tum egere incōgruæ, summæ dementiæ, & argumen-*  
*to imprudentiæ.*

*Cicero l. 1. Offic. Potest esse prudentia definitio, si*  
*scientia sit oportunitatis idoneorum ad agendum tempi-*  
*rum.*

*Prudentia, est omnium operationum condimen-*  
*tum. Sine hac, nihil potest medicina. Oui. i. de rem.*

*Temporibus medicina valet: data tempore proficit;*

*Et data non apto tempore vina nocent.*

*Sine hac, vita poculum, mortem inferat. Maximum*  
*Veget. l. 3. rei militaris sacramentum est, obseruare oportuni-*  
*de re milii-* *tem loci, temporis, montium, nemorum, arbustorum,*  
*tari. c.13.* *solis, tenebrarum, pulueris &c. Qui enim aduersus ini-*  
*Cicero l. 1. tur cliuo, duplex subit cum loco & hoste certamen. Hinc*  
*Offic.* *Antiquitas pagana in diuorum numerum intercedum*  
*retulit oportunitatem, Græcis dictam, & sinecedum*  
*Diuarum, quam Latinis dicunt occasionem. Porro, si*  
*actus omnes humani condiendi sunt oportunitate-*

*jubet*

iubet ratio in actibus Dei, potissimum qui sunt iustitiae, in qua iuxta deliberatione, & lenta exequutione procedendum, prudentiam, & sapientem oportuni temporis electionem ad castigandum congrue eminenter elucere quo in omnibus operationibus eius perfectio eminet. Dei perfecta sunt opera, & omnes via eius iudicia. Non constaret autem nobis prudentia ista si cadet promptitudine peccatores feriret, mox ut deliquerint. Ut itaque palam faciat sibi probè notum tempus saeuendi & non saeuendi, alterum maturè, alterum serius plement. Quis quæso medicus præstantius nouit congruum tempus minuendo cruentori, adhibendo vulneri cautatio, quam Deus noster, scit tempus pungendi, & scalpro petendi infirmos in anima? Ipsi soli perfectè explorata sunt signa opportunitatis indicia; cognita virtus medicaminis punitiui; natura animorum & corporum nostrorum, viisque qui ipsius factura sumus. Meum est viciri, insit per Varem: *Mea est ultiō, & ego retribuam tui in tempore, congruo.* Ab hinc dudum artem hanc calce magnus Praeceptor. Quemadmodum non premit iustos, mox ut studiosè quippiam egerint, sed tempore ipsis oportuniore; *Et in tempore erit respectus Sap. 1.* illorum; ait liber sapientia: *Vineæ cultores premium Matt. 10.* laboris recipiunt sero facta, nouissimi primi, & primi nouissimi.

*Lucæ 12. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam ut det illis in tempore tristicii mensurā: ita non nisi tempore apto fecit in improbos.*

*Exodi 9. & 13. Tempus constitutum ad plagam.*

*Leuit. 26. Temporibus suis dat Deus pluviam.*

*Pla. 10. Pluet super peccatores laqueos.*

*Ose. 6. Veniet quasi temporaneus imber.*

*Tempore suo emititt Dominus in ceruices malorum imbrem iaculorum.*

*Jerom. 18. Tempus furoris Domini.*

*Thren. 1. Vocavit aduersum me tempus.*

*Canti. 2. Tempus putationis aduenit.*

*Temporibus apertis putantur vineæ: temporibus apertis Deus amputat luxuriantes impios, amputando superflua.*

158 DE FILIO PRODIGO

perfuum quo perduntur; & lachrymarum aqua do-  
cis educit.

Ps. 70. Cum accepero tempus ego iustitiae iudicata.

Psal. 29. Pone eos ut clybanum ignis in tempore cul-  
tur: Dominus in ira sua conturbauit eos, & deuorauit  
ignis.

Iob. 28. Posuit tempus tenebris. Sicuti constiuitur  
qui ordinem, ut sublequatur diem, interdum annos,  
tardius interdum: ita tempus sciet praesigere adver-  
sorum tenebris, ubi prosperorum dies suffici-  
ter suo iudicio illuxerit improbus. Igitur impugnat  
suspensionis, supplicij delinquentium procedia a ini-  
stra opinione de prudentia Dei concepta, nec non ig-  
norantia oportunitatis in omnibus. Speciebus di-  
ludex, Deus: dicendum supplicia omnia, matuta, immatu-  
ra, atrocia & lenia, bone, oportune, loco & cetero de-  
centib. infi. Eta; quādoquidē. Ipse fecit, ipse velut hinc  
puniuit, ipse dedit, ipse absulit. Ut magni Pythagorei  
discipuli, quicquid praeceptoris ore effluere lede-  
runt rebanter, ipsiusque ratio & probatio ventans

Cicerol. 3. Quid, Ipse dixit: Tantum opinio praecidicata potest, &  
de nat. etiam sine ratione valeret an horas: ita arguendum  
Deorum. unicum temporis oportuni vltioris impiorum Chri-  
stianis esto obtentus iste, Ipse puniit, ergo oportet  
Pythagoras dixit, ergo verum: Apelles facio, ergo  
pulchrum, Deus punit, igitur apponit.

Secundò, Arbitror, ut propriae sit non nisi erga al-  
vindictā procedere. Ut enim in nouissimam horam dif-  
ferimus q̄ egrè præstamus: tertid & sepius impenit-  
dū est seruo, q̄ nō atridet, priusquā operi se accingat.  
ita Deus sero puniens, testatur illibenter se punire.

Gen. 3. Vbi vindicandum esset culmorum huma-  
norum scelus, processit, non citato curfu, sed lente, de-  
ambulans: Ambulabat in paradiſo, inquit scriptura re-  
nit, non antelucanum, sed post meridiem: non in feru-  
re diei, vt feruentior esset ad vindictam, sed ad noctem.  
Id est, vox eius videbatur procedere a vento lenique  
est inter Austrum, & Occidentem, & hoc secundum

CONCIO QVARTA:

159

Hebreos, hora decima dici. Quo sum tot ritus & probations ante vindictam, nisi ut monstraret sibi molestum procedere ad tormenta? O Patrem & Judicem optimum nobis?

Gen. 6 Perdendum est cataclysmo genus humanum; at quanta intercessione morae?

Gen. 18. Vindicanda est iniquitas Sodomæ; equidem demeruit iram: ipso suo flagitio vindictam efflagitante traducitur, accusaturque: verum antequam fulmina mittat, ipse vult videre, non ut instruatur, qui enim discat qui omnia nouit? sed ut doceat iudices sedulò & exactè discutere causas capitales, non adhibere fidem facile simplici relationi; & ut maximè Sodomitas moneret se agere cum Judice temperato, cui nihil molestius, quam facturam suam perdere.

Ouidius 1. de Ponto, eleg 3.

Esi piger ad penas Princeps ad premia velox

Quique doles quoties cogitur esse ferox.

Plutarchus in problematis scribit Tytijs morem

suisse ut Deorum statu vincula iniicerent.

Macrobius 1.6. Saturnal cap. 8.

Dylaneos pedes habent.

Fotè ideo Poete finixerunt Vulcanum Dijis tela fa-

dicare, ut qui claudus esset, significaret tarditatem

dium vltionis.

Innitus se uit: ni muneris sui ratione compelleretur,

non adoriretur nos vñquam: Et iacit, inuita fulmina

tora manu.

Isa. 18. Dominus irascetur ut faciat opus suum; id est, Ouid. 1. 1.

ut muneris sui partes perficiat. Quia Deus, si iustus de Ponto

oportet: sed, alienum opus eius: horret ipsum, videtur. eleg 3.

que ex aduerso pugnare cum bonitate eius. Ut operetur

opus suum id est, licet operetur opus suum, peregrinum

est opus eius ab eo. Id officij exoticum naturæ eius vide-

tur, inquit Ieremia. Verum necessarium, ut sartasteas tu-

eatur leges suas.

Titus Luius dec. 1. lib. 8. Sancienda morte imperia,

aut impunitate in perpetuum abroganda. Vindicat; sed

ut probet quod inuitus, suspirat. Hen; vindicabor

de hostiis

de hostib. meis! Heu, interiectio est nota dolentis. Infecto dolet quoties cogitur esse ferox. Ouid.lib. de Ponto eleg. 3.

Multa metu prohibet, pena qui pauca coercent,  
Et iact inuita fulminat tortam manu.

*Luc. 19.* Videntes Ierusalem flet, & futuram eius clamorem dolet. Videntes ciuitatem fleuit super illam. Quantus

Judex plorans rei vices, priusquam exequatur.

*Lucan. l.  
9. in fine.* *Ioan. 11.* Miseratur miserorum hominum fortis lachrymatur Lazaro mortuo. Quantus Cæsar, qui horret aspectum cruxis hostilis, & plures ab oculis diducit lachrymas, quam à capite Pompeij fluerat copiosus crux; licet non sitē, vt Cæsar?

*Luc. 9.* Feruentes, trementesque discipuli vindicari volunt, quod Samaritanorum urbe aliqua non sufficeret exceptus humanè: Domine inquunt, visis dicamus ut ignis descendat de cœlo & consumat eos? Oho, Noficius cuius spiritus estis.

*2. Reg. 16.* Quantus David prohibens Heroes levire in maledictum Semei? Dij lanceas pedas habuit, ita vulgo. Procedit Deus ad vindictam tardè, melancholice, inuite, ægrè. Ut autem milereatur, quod ipsius proprium est. Deus cui proprium est misereri semper & parcere; veloci fertur cursu: iactu fundat apillum celeritate præcurxit. Princeps ad pramia usq[ue] Citato iteratur cursu, peruolat, accurrens, canet cito texus: felicitat velocius, vrget gradum in occursum filij redentis. Cito, cito proferte scolam, statim inquiet famulis. Bis dat, qui cito dat, dicitur proverbialiter, ac vere. hancque Lexim sequitur promptè Deus, ut ipso concedente dicetur fuisus suo loco. Quatus nobis Deus, Auditores, quam bonus! Quam bonum & iucundum tali, tantoque Deo famulari! verum; quam male est, quod seruus non sequatur Dominum! Deus noster leproyle scitur exterius: nos, cito cito sumus: vix iniuria affecti sumus, cum iam de vindicta cogitamus. Id estum factum. Virgilius. Aenid.

— Manet alta mente reposum  
*Iudi. i. ium Paridis. spretaque iniuria forma.*

## CONCIO QVARTA.

161

*Senec. l. 1. de ira, c. 16. Cneus Pison capitis damnat cē-  
tationem, quod iure distulerit aliquantis per militis  
suspendium iniquè damnati.*

*1. Reg. 25. Dixerat Nabal: Quis est David? Et quis est  
filius Iesu? Hodie increuerunt serui qui fugient Dominos  
suis. Moxq; ad arma conclamatum est; iubet armis  
instrui suos David, animo perdédi vñuersam demum  
Nabal. Accingatur unuquisq; gladio suo, nfit. Bellum  
seculi crimen, vt ei vindicando milit im cohors armata  
debeat suscitar. Ast Rex est, qui offenditur: ipius est  
laia Maiestas. Quis Deus, quæso? Plebeius aliquis?*

*Nunquid Rex Regum ipse? Princeps Regum terra est:  
Rex Regum, & Dominus dominantium. Reguli sunt alij Apoc. 19.  
omnes Eras quidam Regulus. M. Attilus Regulus. Bren- Ioan. 4.  
nus Regulus Gallorum. Terrā Chanaam quæ in quinque D. Aug.  
Regulus Philistim diuiditur. Reguli omnes; Reges Lu- ij de ciuit.  
lorij. Nihilominus magnus ille Rex egertim: Reguli cap. 15.  
promptissime vindicant. Maior magis est placabilis rex. Liu dec 5.  
Quam bonus Israhel Deus? Quam magna multitudo dul. lib. 5.  
cedmū tua Domine! Iosue 13.*

*Matth. 18. Rex potens donat seruo debitum decem Ps. 72. 30.  
mil talentorum: ille idem in conscriuum manus in-  
iicit, premit, vrget, extorquet sibi debitos centum de-  
narios. Suffocabas enim, aut vti S. Chrysostomus, Stran. D. Chrys.  
gulabat eum. Ut erudiantini Reges, & intelligatis qui hom. 27.  
iadicatis terram, tardo pede pergit ad vindictā Deus. inc. 9. Ge.  
Amplius: fortè Deus impunitos diudum dissimulat III.*

*Amplius: fortè Deus impunitos diudum dissimulat  
impios, peccata peccatis interim accumulates, vt de-  
monstrat magnum misericordiam suam, sufferendo  
peccatum, nec seuerè puniendo secundum vastam  
enormitatem criminis, non solum, sed & vt miseratio-  
nes suas testetur, remittendo multum numerum pec-  
catorum? Quis nouit, an conniueat vt se comproberet  
talem, qualis ab Apostolo describitur, Pater misericor. 2. Cor. 1.  
dianum, & Deus totius consolationis? Misericordia est  
suffere, & dissimulare cum impi in scelere: ast con-  
niuere enomiter, & crebrò peccanti, ac interim sup-  
plicium protrahere in longas moras, magnarum mi-  
serationum Dei est.*

Genes. 28. Num unam tantum benedictionem habet  
Pater?

2. Reg. 24. Multi & enim misericordia eius sunt.

Jerem. 42. Dabo vobis misericordias, & misericordias  
sunt.

Psal. 50. Secundum multitudinem miserationum tu  
rum dele iniquitatem meam.

Rom. 5. Vbi abundavit delictum, superabundavit pa  
tia.

Matth. 18. Multarum misericordiarum fuit scio  
donare decem mille taleta. Inuenias, qui semel foliis  
offendunt, id est raro, ijs misericordia una necessaria  
est: Qui verò millies in die peccant, ijs multe mi  
sericordie sunt opus: Dicant: Secundum multitudinem

miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Nunquid oblinisciatur misericordia Dei, aut constat in  
ira sua misericordias suas?

Vt igitur non unam sed multis exhibeat misericor  
dias, differt peccatoris penas; dissimulat peccatorum

Sap. 5. accruium congerientem, donec penè defatigetur pro  
cando; Lassati sumus in via iniustitiae; antequam ma  
nus injiciat in malefactorem: quòd, ut teor, similes ipsi  
efficiamur, remittendo crebro, etiā leptuagies sepe  
vti monebat s. Petrus, in nos cōmias offensas. Ma  
teliciter, aitis certè canonem exhibemus, si cum b.  
Petro irrogatas nobis iniurias donaremus leptuagies.

Luc. 6. Estote misericordes, sicut & Pater vobis miseri  
coris est.

Eph. 4. Estote in uiuē benigni, misericordes, donante  
in uiuē, sicut & Deus in Christo donauit vobis.

iv. Præterea; explorata & bene captata oportunitas,  
Vt utilius rem facit utiliore, ut supra dicebamus. Quid en  
& oportu- prodest Musica, etiam Orlandi mei præstardissima, im  
nius puni- portunè emodulata? Musica in luctu, impotrua, stra  
antur im  
pī. pore incongruis adhibita? Temporibus medicina valit.

Eccl. 22. D. Bern. ferm. 36. in cant. Nonne medici corporum me  
Ordo. dicine portionem diffiniunt, eligere in sumendis cibis, quid  
prius, quid posterius, & quemadmodum quidam sumi pos  
sunt?

Plurimum ad omnia facit oportunitas: punitione  
autē Deus leuiora certamina & velitationes init cum  
peccatore: ast exspectatio diutina quandoq; insignem  
reportat victoriam. *Habent parva commoda magna* *Ouid 34*  
*Fast.*  
Teſtes adueniant Nicias Atheniēlis, & Fabius Ro-  
manus; vterq; cunctator; qui, hostem cunctatione la-  
cesserunt; qui quaſi otiantes, & tempus fallentes, tri-  
uerunt, & superarunt hostem: Licet eorum moras ex *Plut. 10. 14*  
ſibilaret populus, quomodo à quibusdam Dei longa- *vita in*  
nimis imperitur tale. *Fabio.*

Ennius apud Cic lib. 1. Offic.

*Vnu homo nobis cunctando refituit rem;*

*Non hic ponebat rumores ante salutem:*

*al Nō pō.*

*Ego post q; magis viri nunc gloria claret.*

*nebat s̄e*

Proverbiū: *Mūdorūq; id est, More Nicie cūctari.* Ni- *nimā*  
tias eam Dux op̄imus Athēoienium traducebatur  
quod cunctator effet in re militari.

*Plutar. tom. 1. vit in Fabio*, idem de Fabio refert. Hinc  
natum adagium: *Romanus sedendo vincit.*

7. verum enim uero, nonnunquā hominis ætas non  
est apta hoc aut illo modo reprehendi, doceri, corri-  
pi: unde dicit Aristoteles, iuuenem ineptum auditorē *Arist. 14. 13*  
doctrinæ moralis; vt prima parte attigimus. Interdū, *Eth. 6. 3.*  
eti si per ætatem licet, superueniens ab extrinſeco ca-  
ſus facit, ut min⁹ sit apta redargui. Hinc matronæ pru-  
dentiores. Exempli gratia, ebrietatis nouerunt ple-  
ſtere viros flagello ſuauium verborum, & obiurgatio-  
num blandarum, vbi vinum decoxerint, quo ante im-  
morigeti, incorrigibiles, sensu & intellectu priuati,  
impatientiores, & ad iram procliuiores erant. Quan-  
doque, furore rationem absorbēte, non expedit mul-  
ti agere: rationis & prudentiæ fuerit prefotari donec  
imperioſa Tyrannidis ingum ſit excuſum. Horatius  
lib. carm.

*Cum deforbuit ira, poſquam data copia fandi;*

*Difficiles aditus impetus omnis habet.*

*Virg. 4. Aeneid.*  
*Sola viri molles aditus, & tempora noras.*

*L. 1. 2. 1005*

*Prodigi  
correptio  
cur dilata.* rioris fuerit ætatis , aut acres quædam passiones ipsi deforbuerint, studes cōmodo flagellati: ne forte pī-  
maturè plectens operam ludat, & infelix reus animi.  
Forte non satis disciplinæ capax per æratem videtur adoleſcēs: hinc adolescentem sustinuit parentes, ut oportunius plecteretur. Et postquam omnia cīsum-  
masset. Externum accidens , & amoris paſſio ad eo pī-  
ctus eius, & mentem expugnatione violenta expug-  
rant; ut puniendi tempus effet incongruum; ut dete-  
or fieri cuperetur; tum ob mentis cæcitatē, quam in  
ipso produxit cæcus amor, Caco capitur igni: tū  
quia amor ferocem facit, ceu videre eit in cambos, lo-  
onibus equis vnde contigisset, ut correptus astante  
maximè amore , se obstinatione armasset in Confi-  
torem.

*Virg. 4.  
Aeneid.* Gen.ii. Ceperunt hoc facere , nec diffident à virginis  
nibus suis donec eas opere compleant.

Furens, spumans , saliens, currens furioso ſolus  
taurus, eo fit ferocior, quo magis capistrum injec-  
aut cornibus continere tētaris: attamen quem patto  
post deposito furore, deferibente, & paulatim te-  
re ferocitate, facile noa reluctatitem circumducit. I-  
iusmodi forte prænouerat prodigum Deus, nimis  
hi effruens puritatem, animum firmaturum: ut remi-  
ſis aſtuantibus flammis, ſe ſolo ad penitentiam reſi-  
turum vti indecens & ineptum foret procelloſo ma-  
ſurentibus , & in diuersa certam nitentibus venia  
concretato silentium impeditare. Virgil.1. Aeneid.

Vnā Eurusque, Notusque ruunt, creberque procella  
Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus.  
Ita adolescentē illo aſtuante furore, ad inſartum  
agitato procellis diuerlarum affectionum, ad inſartum  
maris ferocientis, forte vanum, & inopacum pa-  
nas expetere : vanum, inquam, ipſi; qui in uitiatem  
non conuertifſet pœnam: vanum Deo, qui flagellato-  
nibus nihil magis querit quam ſcelestorum corre-  
tionem. Animaduertendo in iuuenem intemperie.  
Narrabis aſello fabellam furdo, infit Horatius: oporten-  
tius autem fiat, meo iudicio, remiſſis, & quaſi euapo-

tatis futijs. Virgilius 4. Aeneid.

*Tempus inane peto, requiem, spatiumque furori.*

*Dum mea mea vietam doceat fortuna dolere.*

Verba sunt Didonis amore languentis. Aprius redarguas, retuso, fracte que quasi muerone fædaturum *Cicerio to.* voluptatum; *Cum adolescentia cupiditates deforbuerūt.* 3. Orat. Ventri famelico aures si nullæ sunt, aut si sunt; eas *pro Cælio.* mult præbère vnius & alterius laucis crepitaculo, quam sexcentorum Philosophorum strepitui; Discum quam Philosopham audire malunt famelici; appetitus quoque inhians voluptati male, proposito finito explendi libidinem adiunctus carer auribus, quibus ut iliter excipiat lectiones iustitiae diuinæ. An non itaque merito & oportundi suppliciæ prodigi Deus suspendit, donec insanus libidinum appetitus aliquantis per deferbusset in ipso, per ipsum? Arbitrè ego quod tempore apertissimo. Postquam omnia consummasset facta est famæ valida in regione illa, & ipse cepit egere. Ut enim gustatis cibis pederentim fastidit eos famelicus; quos si sapidos vti rebatur non deprehenderit, ocyus ultrò mittit: ita tabida voluptatum cessante clurie, & ex parte quasi exulta, ac in ijs non deprehenso tanto bono quantum statuunt Epicurei; facite verba adolescenti ut libuerit, obiurgate, pœnas extorquete; auditus erit attentior, & fructus plerumque uberior. Theocitus in Megara,

*& οφροσύνη νότος.* Jd est,

*Et letitia satietas est.*

Cicerio Orat. *pro Cælio.* Satieta et abiiciuntur cupiditates, experiendo contemnuntur. Sunt voluptates ad instar dulcium ciborum, citissimè satietatem inducentium, vti ait Philosophus: aut quia non naturales, sed arte facti; aut quia edentis temperamento alieni. Immoderatae cupidines exoticæ sunt & natura, & temperamento hominis, ideoque tandem eas fastidit.

Senec. in Agam. *Quodratio nequit, sèpè sanauit mora.*

Cicerio Orat. *pro Cælio.* Amores autem & ha delitiae

*Arist pro-  
blem. scđt.  
21.9.13.*

que vocantur, summiore animo praditis diutium molestia solent esse, mature enim & celeriter deforescunt.

Diony Halicar. non comparat Herodoci & Thucyd. Satieratem enim gignit, ait Pindarus, & mel, & dulcior venerea.

Meministis Iudam patricidam perfidum conceptu Magistri optimi proditione a concepta sententia accari non potuisse, quicquid diceret, facere Magistri.

*Ioan.13.* Innuit fatus Iesu molitiones eius non latere, aies, ab eorum uno se traditum iri: euidenter monstrauit proditarem sibi probè notum, cum dicens nà se eum pat-

*Matt. 26.* opidi immittere matum; sc. aut eidem, cui ipse; aut ibid. codem instanti, quo ipse, manum inferre: probauit sibi apertas eius machinationes peridas, interrogant.

Judeum cum traditurus esset annuens futurum singulariter satis exprimebatur monitus, facere eum, quod facturus erat: rufus quādo effrons acceſſit adacter, dato signo osculi cōjuratis, salutatus a Christo amici nomine, demitari fugiente, militem & militiam

*Luc. 21.* ducem factum, addenteque Iuda osculo filium hominem tradū. His omnib. ab incēpto auocari debuerat, veritatem persequitur, & instar vehementi vento impul-

*Psal. 72.* sus Transfertur in affectum cordis, ait Yates, de cimmo di canibus.

Virg. 4. Aeneid.

Haret lateri lat balia arundo.

Terentius:

"Surdo narras fabulam. Proverbium. Feruebat pectori audor & affectus perducendi ad finem execrandam perfidiam, ideoque surdum se simulat obiurgante, & perstringente Christo. verum vbi conatum impiorum fructus felleos delibasset, pendens solo, & vltro, perflatus lenissima aura spiritus lateat, repedat: Penitentia ductus retulit triginta argen-

*Matt. 27.* teos, dicens: Peccavi, tradens sanguinem iustum. Si-

*Ioan.18.* militer Iudei non nihil mitiores facti subito causa ad sonum vocis Domini resipiscere debuerant, nec proposito instare constanter: ait scitis inexstin-

guibilis, esclaves inexplebilis vorandi carnes,

sorbendi sanguinem agni illius innocentis, Iuporum  
bellicorum, irritum facit flagellum. Sileo Sodomitas,  
incorrectos cæcitatem, percusso ante fores ædiū Loth,  
ac eodem binas filias viris incognitas vltro offerente.

*Transferant in affectum cordis: furcabant tum temporis Gen. 19.*

adore abominandæ libidinis. Scelerum enormitas  
merebatur eam excæcationem; merebatur, inquam,  
applicationem oportunam importunam cauterij: 2.  
lioqui medici ipsi non consueverunt remedia appli-  
cate mox ut laboraueris, aut cataplasma puris attri-  
buum viso ilicò vulnere: sed ægritudinis æstu defer-  
bescente, se ipsa enervatam, & infirmam quasi iugu-  
lant, impotentes & opprimentes medicaminibus o-  
portuni admotis. Dejade nonnisi sensim contrarium  
pellitur alteri contrario inducendo, vt docet Aristote-

*Set. 8:  
les, addicens similitudinem stirpis flectendæ. Hinc prob.*

*Deus aliquamdiu lasciuire passus est prodigum, do-* q. 15. *q. 15.*

acc potissimum amoris furor remitteretur, quò pau-  
lum castitas induceretur. vbi per seipsum deseruit;  
vbi vitro fastidit qua deperibat, & nummorum nu-  
merus imminutus est, oportunissimè, ne vel vnicum  
depetar, cataplasma & remedia admouet. Post-  
quam omnia consummasset &c. O altitudo diuitiarum  
sapientie & scientie Dei! Notate verò non ad omnes  
eundem tenere ordinem, sed quibus expedire iudicat:  
nouit etenim quibusdam eum profuturum; alijs mi-  
nimè. Arbitratur quoque, eum non tam imitandum  
nobis quam admirandum: nisi vbi liquidò constaret  
suspicioque correctionis seuerioris, facilius reduci  
posse personam, familiam aut secularem, aut regula-  
rem, ciuitatem, prouinciam, regnum, sub iugum,  
quam rigore nimio.

Ouid l. i. Metam.

*Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus,*  
*Enfrecendum est, ne pars sincera trahatur.*

Hinc satis colligi potest ecquid interrogatus su-  
per te Batavorum responderem, nimitem cupere  
hos omnes, eos cædi virginis subalterne ea discre-  
tione, vt aliquando in se reuersi, veniam

DE FILIO PRODIGO

¶ flagitarent supplices à Rege, potius optimo puto  
suo; magis enim patrem quam Regem agit, ut  
& prodigus noster oportunè à Deo flagellatus. Pe-  
gamus.

v.

Vt boni  
instruan-  
tur & pu-  
niantur  
dilatione.

Gen. 1.

Gen. 1.

Jasuper dico, Deum sceleratorū cruciatū differt  
iustorum obtentu, quos instructos vult & castigato-  
ratione. Nec enim ignorandum, ut philosophus  
Plato, Deum in medio nostri positum cœlū normam &  
exemplar absolutissimum totius perfectionis: hinc  
minimū quæ nobis commendata voluit, quantum pa-  
tuit archetypum nobis exhibuit; cupique nos per-  
mnia sibi similes. An forte, quando dicimus in Genesi  
plasmati ad imaginē & similitudinē Dei, non tam et-  
primitur similitudo naturalis, quæ consistit in triplici  
animi facultate, per quam, non procul accedimus ad  
imaginem sanctissimæ Trinitatis; quam insinuat nos  
ideo creator, ut similes ei efficeremur moribus, & ali-  
bus; ac pia posatio ad, non tam denotat quod prompti-  
tissimè largiebatur, quanquam & hoc quoque, quam  
quod desiderabat in nobis exemplo & imitatione, in  
nostra sedulitate, & sua gratia? Creauit ad imaginem  
& similitudinem suam, id est, ut ei similes cibc conate-  
mus.

1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, puma-  
mus & imaginem caelestis.

1. Corinth. 6. Glorificate & portate Deum in corpu-  
vestro.

En ut crebòhortatur nos conari ipsi similes effici-  
ficius est.

Matt. 5. Estote perfecti sicut & Pater vester celestis  
perfectus est.

Luc. 6. Estote misericordes sicut & Pater vester miseri-  
coris est.

Ioan. 13. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum  
ego feci, ita & vos faciatis. Perfecti, humiles, misericor-  
des estote exemplo Patris; ut enim similes ipsi effici-  
creati estis ad imaginem & similitudinem eius, ut simile  
imago & similitudo eius.

Neverò nobis surrepat occasio cunctandi nō possit  
nos misericordiam, perfectionem, patientiam &c. b.

ti; ipse prior misericordiam & misericordias exhibet:  
donat magna, multa, frequenter crimina; si flagellat,  
non mox admisso scelere. Ne p̄cipites simus in ope-  
ribus nostris, sed ad instar elephantorum, dudum fo-  
veamus ferum, nouem, decimve annis; *Decimumque Plin. li. 8.*  
prematur in annum, ait quidam; tametsi mundus id ea  
liter in mente eius ab æterno formatus, in instanti, ci-  
tra defectum, erroremque emēdatu dignum perfici po-  
tuerit (ea enim est sapientia, & porétia eius) voluit at-  
tamen iusumptos sex dies, creare primum chœos, in-  
digestam molem tam augusti palati hominis; deinde  
componere & redigere quamque partem in ordinem; *Aristote-*  
ac dénum perpolire & illustrare opus. Primo, quasi *existimat*,  
dolores traxit; tabulam deinde dedolauit, & gypso ob-*Hqzat. in*  
dixit, tandemq; omnibus numeris abloluti. Similiter, *arte*,  
vindicaturus, licet extēplo possit tripli fulmine cœ-  
nives peccatori diffundere, *Nō est fortis sicut Deo noster*, *1. Reg. 2.*  
*Omnipotens nomen eius*: licet non timeat sumere sup-*Exod. 15.*  
licium cuius postmodum pænitentiat: non vult tamen  
penas extorquere ocyus, vt irritata illico est sacra sua  
Maiestas; sed cunctatur, vt doceat iustos non subito  
fieri in ultionem sibi irrogata iniuria; non aggredi  
hostem, vt famelicus cibum, astante adhuc & feruē-  
te in pectore, ex recenti criminē. *Quis sapiens & custo*. *Psal. 106.*  
dit hec, & intelliget misericordias Domini? Hac praxi  
commodum desumitur & exemplum ex misericordijs  
Domini: quo enim magis remouetur suppliciū à cul-  
pā nos admissa, cō aptiori collocatur ordine. Ratio  
ita suspensionis externae pænae D. Chrysoftomi est, &  
Philosophi Senecæ.

Chrysoft. l. i. de Prouidentia: ut detur exemplum sup- *Id ē hom.*  
portandinos inuicem; ut cum videmus Deum tot iniurijs *49. ad An-*  
tritatum non iacere sua tonitrus. *tiochen.*

Senec. l. i. de Clem. Si Di⁹ placabiles delicta peccantum sub finem.  
non statim fulminibus persequuntur, quanto equis ho-  
minem hominibus prepositum miti animo exercere im-  
pium.

Publius: In vindicando criminosa est celeritas:

L 1 5 Si

*Exempla  
tempera-  
torum ira-  
torum.*

Si enim hominum furor merito sedandus est consideracione aetuum humanorum sibi similium temperatorum; vt quando meminerunt Platonem suam vlcifcentem dudum sublatum cohibusse stem, nec eo serum reum cedisse: aut Archytam Tar-

rent'num, insolentiores tuti videntem seruos egen-  
sum dicendo beatos, quia mentem occuparat in-

quod alioqui iratus vlcissi non soleret: aut Charilam-

Lacedaemoniorum Regem, iratum effreni audacia-  
lois, dixisse peregrinatum, ni turbatum furore se-  
sisset: aut Theanam famulæ comminatam fukes mi-

racundia animum perculisset: aut Theodosiu Impera-  
torem voluisse rigidiorum iussorum suorum exequi-

tionem differri in crastinum manè: quanto expu-  
miti tardoque animo ad vindictam pergent, legentes

in hoc de prodigo textu, & alibi sexcentes, Deum non  
sæuire exemplo in impium; irâ maximè male affectos

excæcante; & non dato retractationi loco datis pa-  
nis, quod in Deum nullatenus cadit. Vt cuperet Alex-

ander subitum nō fuisse sumendis de Clito supplicijs  
Yt ingenti pretiosi in viuis ageret Valelorum politi-  
mus, Guisiorum, aliorumque præproperè prostrata

redimeret cervices: Occidi virum in vulnus meum, &  
adolescentulum in liuorem meum Septuplum via

Vitetur de Caim: ure dixerint trepidæ mentes illæ.

Amplius: Tanta est prouidentia, potentia que Dei  
nostræ, vt quantumvis mala res appearat; nouerit in-  
men bonum aut priuatum aut publicum educere: Vt  
enim fertur communiter chelonitis pretiosior, quo  
bufo antiquior: sic, quo diutius vixerit peccator, eo  
tilior est, & peccatoribus sui similibus, & iustis diffini-  
libus. Namque improbis est exitio & euersio, vt le-  
hu toti familie Ahab & Jezabel; vt filex chalybiti po-  
tabuli, quem consumit ipse consumptus: vt rami bini-  
lauri, vento agitati, & acriter concutiti ignem excitant,  
ni fallat Plinius; similiter iconis ossa allisa ad inducen-  
quoque interim se ipso terente, & cassulose frangente,

Haud frustra viuūt impij: impuniti quandoq; pe-  
mittuntur regnare dudu, feliciter, vt alijs peccato-  
bus,

*Gen. 4.*

*VI.*

*Ad. utili-  
tatem bo-  
norum, &  
aliorum  
impio-  
rum.*

*4. Reg. 9.  
10.*

bus, ruinæ & exilio facti, ipsi suffosci cum cæteris vna pereant. *Cadmaa victoria.* Suoque Marte cadunt subiti permulta vulnera fratres. Idem. *Victores,* victique cadunt: uti quatuor illi Reges, quinque Regibus bellum inferentes inuicem perniciem suerunt; & nunc secta hæreticorum vna consumitur ab altera. Nescitis animali virulento inesse antidorum alicui malo. Neque adeò datur flagitiosus, qui boni non sit causa accidens. Clavus clavo pellitur, prouerbialiter.

*Sophocles. Malum malo medicari.*

*Job. 3:4 Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.*

Bortius de consolatione: *Malos mali bonos faciunt.*

Peritus artifex est Deus; instrumento titutur malo, *vide Bar-*  
ut bono: ut iustitia suæ locum det ipsam malorum *tas dic. 7.*  
malitiam in malos instruit; & ut impiorum conatus in- *hebdomada-*  
ritos faciat maximè sibi hostes conscribit. *Hostes*  
*Philisthæos* dudum regnare prosperè patitur. Assyrios  
imputos egregijs cohonestauit victorijs; ast ut cuni-  
culos daret Genti ludorum alioqui effuse. *V. e. Assyr. Isa. 10.*

*virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eorum indignatio mea.*

*Ibidem.* Vaftabant Jerosolymam, templum euertebant Ro-

manorum copiæ: *Lumen Israël in igne, & sanctus eius in*  
*flamma,* nec eas prohibebat Deus: nonne ut per ipsas  
repetet supplicia ab impijs Jesu Christi imperfecto-  
ribus: Malitia plectebat malitiam: igne ignis educe-  
bat antidorum expugnabat toxicum: rubiginosum  
fetura deridebat alterius rubiginem. *Nigram mundabat*  
*cacabus ollam,* obijci poterat. Deinde, ad exercitium  
bonoru, ut iphis noui desit materia exercenda patietur.

D. Augustinus to. 8. in Ps. 64. *Omnis malus aut ideo*  
*viuit ut corrigatur, aut ideo viuit ut per illum bonus ex-*

*creatur.*

Quod patientiæ subiectum Abel, si non esset Cain?  
Quorsum acuisset Joseph humanitatem suam, si non  
fuerint inhumani fratres? Quas insignes imagines  
depingeret Apelles, non suppositis tabulis? Quas ma-  
gisticas quædes exstruat architectus, non datis lapidibus

*Strabol.* & lignis? Igitur ad exercitium bonorum patientis,  
 14. de Eu- non delet citissime Deus impios; quod sint quasi Ei-  
 zhydamo. thydamus in vrbe; P. Cornelius Ruffinus in castri;  
*Cicero l.* sexus communiter dictus malum nec ossarium. Opena  
 2. de Orat. heres esse &c. Oportuit Christum pati; veruntamen; se  
 de Ruffin. homini illi. Sunt peccatores iustis utiles & necessarii  
 exteceantur.

## VII.

Verum, causa commodi publici non atterit oculi  
 Dominus improbos: scit enim emolumenta maxima  
 proditura ab eorum quibusdam conuerteris. Aut op-  
 mo consilio instruerunt; aut insignis artis inuentores  
 runt; aut proditionem momentosam aduerterunt & pro-  
 palabunt oportunitatem; aut aliud grande commode  
 temporis lapsu ab eis defumetur: quo ne priuati Re-  
 publ. Deus non tollit illico è medio Iecelestos. Si Deus  
 seruices contriuiscet S. Paulo, cum ceu lupuluscum  
 nem petere non valens dentibus, audie cruentem lam-  
 bebat; demittere pervires non potens validè imbun-  
 faxorum in caput iunoxiun S. Stephani Archimani-  
 ris Christianissimi, sedens scrubat vestimenta lapida-  
 tium; quartiens tot manibus Martyris caput, quot lo-  
 pidantibus, quorum uestitum custos erat, erant; fru-  
 strabatur Respub. Christiana eximio Doctore, & hi-  
 missimo protectore. Silico latronem adolescentem  
 S. Ioanne Evangelista conuersum, cuius aliquid im-  
 minet S. Ioannes Chrysostomus. Lubens praeterea &  
 Cyprianum. Quid si S. Augustinum vita, doctrina, fa-  
 cilitate augustinum eliminaster ocyus, cum contempnor-  
 pictatis, castitatis, & honoris omnis despiceret litterarum  
 sacrarum ruditatem; cum fornicatus, futu-

*Valer. l. 6.* tur, Manicheum haereticum viueret; cum tenebris in-  
 de muta- uolutus esset densissimis, qui ipse tenebris, nihil  
 tionem o- melior nostro prodigo; Deus bone! quanto sole prima-  
 rum & ta esset Ecclesia! vos quoque Athenae doctrinam,  
 fortuna quanto essetis columne frustratae, si finibus veltris  
 69. Aulus ternum eiecissetis Themistoclem, primum disolu-  
 Gell. l. 1. simum scurras; præter furias suas in foro exhibe-  
 nat. c. 14. tem nihil? Non habuissetis deinceps, quem oppo-  
 setis viribus Xerxis. Si seruices ademissetis incendio

Cimoni, sorori concubenti, tantum protectorem *Plinius* non fuisseletis načti. Tibi quoque, o Roma, orbis Do- *in viris* mina gloria, fuisse ne aliquando Dux sobrius vt Fa- *illust. re-* britius? Fabritius, qui Imperator exercitus creatus fers simile tapis contentus (qua sobrietate Samnitarum legato de Curio rum sibi oblatum aurum, contempsit.) Fabritius qui eius colle quatiduo arborum corticibus corpus iustentauit, pa- *ga.* nis vice, (qua sobrietate hostem vicit) Fabritius, qui *Eutro-* de hoste renuit victoriā perfidia Niciae medici (qua *pius.* probitate nomen immortalitati sacravit?) *Scipio et. Cicero 3.* iam Africanus tuus; qui solus nunquam solus erat: *Offic.* *Scipio*, qui otians nunquam otibatur, imperijne cui iugum subire coegeret proteruos, rebellēs, factiosos *Catthaginenses?* Si peccatis adolescentie iustitia ali- *Tullius in* qua aut diuina, aut humanā illic sublati fuissent? Si v- *actione* uinculaliter verax foret prouerbiū, quo fertur com- *pro P.* muniter. Qui semel scurrā, nunquam patet familiā, fui- *Quintio.* sta differret Deus malorum iuppicia: exploratos ve- tō habens arbitrij nostri sinus, anfractus, recursus (veritabilitatem arbitrij vocant Theologi) quod cæli- tus adiutum conuerti potest, & multa bona præstare; differt opprimere, quos conuersos iri, & profuturos Rebuspub nouit.

Deinde, Quemadmodum ad boni publici commo- *viii.* dum facit *Ægyptiorum lex*, ad nos usque deriuata, In gratiā prolis na- qua iubetur mulier uterum gestans capitis damnata scituræ. seruari donec fætum enixa sit; iniquum tara insontem fætum maternum luere scelus; nec Reipub: vile pri- uari subsidio hominis forte bellicos & studiosi futu- ri: vii vinitioribus fenori est non putari larmamenta do- nec botri eruperint è vite: ita, quoniam parentes pro- figati, perditique dantur, qui lumbis, quasi mulieres vero, continent germen & semen fætuum optimo- rum: claudicant namq; nonnunquam proverbia Gel- lij, *Mali corui, malum ouum;* Theognis, *Esquila, non nascitur rosa;* etenim a fini quandoque procreant optimos caballos: vt fætibus insontibus indulgeatur, & ne ijsdem Respub. priuetur, utrilibet Deus suspendit vin- *Hom. 30.* dictam, saltem donec fætus emitantur, vt ait S. Ioannes ad Ant.

Chry-

Chrysostomus. Thare magni Patriarche Abrahæ genitor idololatram idola colebat: obtentu autē ad hæ lumbis ipsius contenti percussus non est à Deo. Ezechias gratia, parcitur Achab. Job cauſa indulgenti parentibus idololatrias: tertius siquidem descendens Esau. Celeberimus Pericles, eruditissimum Aeneanum decus, pessimo genere ortus est. Antigonus De metrio natus: Nestor Neleo; boni, inais. Pompeius magnus multorum Regum felix domitor prodiit Strabone patre, adeò Populo Romano inuilo, verū execratus lecto detraherit, & mortuum conculcavit. Narrant Hispanorum historiaz, bellicosissimi Deccani Itali nostri seculi, & Reipub. Christiane vilissimam parentem fuisse exosum; nec in morte humanus exceptum genitore Pompeij.

Homerus Iliade. 6.41.

*Filius hoc patre est permultum deterior*

*Editus omnigenis posterior virtutibus.*

Vt igitur oīior non putat aculeatos carduos quia asparagos excrescerit: nec igni injicitur spina, quo collectis rotis: nec extinguitur ingeniosa apis, quo mella componuerit; nec comburitur palea, ni collecto frumento primum: ita Deus non extirpat hominis perfissimam stirpem, à qua quasi supernatura liter proditione diximus Deum patiēter tolerare peccatores, cum iam tum bonorum, tum aliorum malorum, tum Reipublic. obtentu: nunc dicendum qua impiorum ipsorum inultorum causa, tardat punire visibiliter.

IX.  
Spe corre-  
ctionis  
impiorū.

Sap. 5.

Num. 21.

Eia, arbitramini, Auditores, Deum sua mora non spectare maximè peccatores; & in ea lenta, tendaque animaduersione plurimum rigoris non subesse: perde primò laſſitos via iniquitatis, naufragantes delictis dulce amaras vltro reuersuros, non dagni pulsos in viam salutis. Ambulanimus vias difficiles, iſaſſum in via iniquitaris. Nec enim manna dulcisissima, aut ne ēat adeò datur palato gratum, de quoniam deferatur aliquando: Nasifat inimica nostra super cibis illis leuissimo. Mel quantumvis germanū & dulce, ambo-

ix.

Specie  
corre-  
ctionis  
impiorū.

Sap. 5.

Num. 21.

## CONCIO QVARTA.

171

ha ex Deo etiam penuario deopta, plus aequo sumpta, vertitur in amaritudinem. Mel si nimis, etiam amarum.  
Prou. 25. Mel inuenisti, comedere quod sufficit. Nullae quoque delitiae dantur homini tam gratae, quibus tandem non deperat gustus, & irritamentum: quod sit utras faciliter mittat, quin quandoque par odio implacabiliter habeat, quo amore perdite deperibat. Non auditis Ammon eicisse cubiculo sorem Thamar incessu temeratam.

2. Reg. 13. Exofam habuit eam Ammon odio magno nimis: ita ut manus esset odium quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat.

Repudiate dimittitur plerumque voluptates a peccatore voluptuoso, nulla via illata; aperitis aliquantisper cum irate oculis, & experientio nullitatis eorum que procul visa ingentem Olympum referebant. Super ratione quarta horum simile quid adduximus: ast gratum reperere id a quo Dei honor invenientia capit. Agnoscentes Deus instabilitatem humani arbitrij, pinacula inconstantioris, & particulariter obseruans flexibilitem quorundam natura, amoris sortes & affectuum alternantium singulis penitus momentis: deinde non ignorans genus generosum sementis virtutum, quam homini ab ortu primordiis inseruit, aptissimum, reproducendo culmo honorifero, fracto, & quassato, peccato: denique, sciens probè plurimos ignorantia quam malitia delinquere, eosque reuerti patetissimos temporum lapsu oculatiores factos: Ignorans feci in t. Tim. I. incredulitate, ait S. Paulus; differt penas quorundam, emendationem quorum spontaneam preuidet futuram.

Psal. 138. Tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam: in ueloxisti cogitationes meas de longe, semitem meam & funiculum meum inuestigasti: & omnes vias meas prauidisti. Satis haec reperitorie.

An forte ut perfecta tam clementis Domini diutina patientia, longanimitateque, quasi vinculis amotis ad penitentiam alliciatur implus?

Offce. II. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis.

Icre.

X.  
Ut confi-  
deratione  
sua pati-  
tia ad ea  
meditatio-  
nem alli-  
ciat ma-  
los.

*Rom.* Jeremias 31. In charitate perpetua dilexite, ideo am-  
xi te miserans, Hoc faciens, carbones ignis congeri sap-  
caput tuum: vincit in bono malum. An hoc ipsum nou-  
*Rom. 2.* sinuat S. Paulus, inquiens: An diuitias benitatis eius  
patientia, & longanimitatis contemnis, ignorans quan-  
tiam benignitas Dei ad penitentiam te adducit?

Deus ipse per Iesuam testatur in eundem collimatis  
moras scopum. Non extirpauit curieulo, ut, vincat,  
sed exspectauit, sustinui. Quorsum? Ut faciat vnu-

*Isa. 5.* Quid facere vuas, nisi quod S. Ioannes pro concione  
habebat, ut faceret fructus dignos paenitentiam?  
*Matt. 8.* Isa. 30. Exspectat Dominus, ut misereatur.  
*Luc. 3.1.* Ierem. 3. Sedebas exspectans eos.

*Luc. 13.* Non putatis Dominum id ipsum quod dicimus intendisse parabolica oratione inducendo iusti-  
tiam diuinam querentem fructum ex sacrificio: quem  
cum non iuuenisset & tertio anno, praeципientem or-  
lono eam succidere; misericordiam autem patro-  
nando, dicentem: Dimitte illam & hoc anno, & que dom-  
fodiā, circa illam & mittam stercora: & si quidem fe-  
cerit fructum: sin autem, in futurum sucidere eam: Non  
exstimas istiusmodi loquitione insuari Deum  
paenitentem remora exspectare rei correctionem.

D. Augustinus lib. soliloq cap. 18. ait differunt se  
piscant.

Item D. Chrysostomus l. 1 de prouidentia Dei.  
D. August. in confess. Quoties me damnassis Domini  
cum junior sic & sic peccarem?

Lactant. l. de ira Dei, cap. 20. Si sic semper puniri,  
nullus supereffet. Et subdit differunt vi corrugantur.  
Quanta Dei bonitas illa, tam ardentetas aderant  
nostram salutem, ut partui ducat quando & quocum  
offendamus, si saltum sub finem ad paenitentiam re-  
dierimus.

XI. Verum tamen aduertite mecum ut afflidiue infusio  
plagis Ierichontini vinum & oleum: vt manna virgo  
iungatur, oleo sal admisceatur: vt misericordiam in-  
uidue societ iustitia. Dum namque retinet impiorum  
cruciatus misericordia, iustitiae rigore misericordes facit  
mora.

mora. Quæso attendite. Tria occurunt impreſentia-  
tum, quibus inter cætera, miserrimi fiunt homines.  
Primum, sors conditionis subitò mutata, à ſtatu bea-  
to, ad vitam infælicem: deinde pænarum multipli-  
catio: poſtremum, expeſtatio certissima, ſed dilata, ea-  
rum pænarum. Quoad primum, maiorem nescio ca-  
lamitatem quam aliquando beatum fuifle, nec eſſe, v-  
ti ſupra dicebam. Diabolus alias inferni non dans pę-  
nas à damnatis, damnatorum omnium eſt infelicifl-  
lius, qui aliquando cæteris beatior: vtique cæli in-  
cola, cæteri coloni & rufſici terræ. Vidi Dei eſſen-  
tiam, in qua viſione verſatur beatitudo ſumma: alij  
nunquam, niſi per ſpeculum in enigmate. Omnia ita-  
que miſeritimus nunc, qui omnium fuit beatissimus.

Sumum infelicitatis genus eſt fuſſe fælicem.  
*Luc. 16.* Summa aquæ penuria moleſtior eſt diuerti-  
tuloni, quam reliquias eadēm pænas dantibus, quo-  
rum felicitas non fuit tanta. Duo contraria agentia  
in diuinatō ſumim opere earum augebunt dolorem,  
calor vchemens, & frigus intenſum inuicem ſucce-  
dentiā. *Ab aquis niuium transibunt ad calorem ni-*  
*mum;* eſt corum maximè quos non diueauit alias  
alitus niuius, & gelū asperius. Quodam itaque iuſti-  
tia rigore Deus proſpete agere ſivit peccatores, vt  
ſubito inuenſe calamitas, acrior & moleſtior exino-  
pinata vicissitudine fiat.

Claud. I. in Ruffinum:

*Ablukit hunc tandem Ruffini pena tumultum.*  
*Absoluitq; Deos, iam non ad culmina rerum*  
*Iniustos creuiffere or, tolluntur in altum*  
*Vi casu grauior eruant.*

Cato libro 2.

*Indulger fortuna malis ut ladere poſſit:*

Horat. 1. epift. 10.

*Quem res plus nimio delectauerē ſecunda,*  
*Mutat e quaient.*

Pſal. 101. Eleuans alliſſime.

*Id eſt quod optimè respondit Cæſar legatis Sue-  
ſiſtum iactantibus res suas ſecundas, & victorias pra-*

M. m

clat

claras, nimirum, Consuēsse Deos immortales, quā pū-  
nus homines ex commutatione rerum doleant, his quā  
pro sceleris eorum vlcisci velint secundiores interdum n.  
Et diuturniorem impunitatem concedere.

Psal. 72. Verumtamen propter dolos posuisti eis, li-  
cisti eos dum alleuarentur.

Cicero l.3. O vt mutatio vultus fortunæ dura est ipsi! Vido  
Tuscul. rum Dionysio Syracusarum Tyranno volupposolu-  
Iustin. l. dimagistrum agere Corinthi pueros litteras docen-  
21. Valer. do! ut molestem magno Belisario Romani exercitus  
l. 6. c. 9. Imperatori, multarumque Gentium dominori, orbis  
Ouid. tum oculis emendicare stipem è prætereunibus. et  
Fulgo. l. durum Cræso Regi dicissimo, felicissimeque in-  
5. c. 3. citi, strui ligorum imponi cremandum, si figura  
Plut. 10. 1. dedisset hostis. Quam ægrum prodigoisti, come-  
rit. in So- doni, fundorum, castrorumque detactori, esuere  
lone. adolescenti pecunioso; & splendidis amicis egredi  
Nimio licentiosiori, teruire! Ergo, ut acrior sit  
tormenta ubi superuenient, tardo gradu vlciscere  
Deus. Postquam omnia consummasset &c.

xii. Accedens pœnatum multiplicatio compensat mo-  
ras quas facit misericordia Dei, si contingat ea impo-  
non frugi vti. O quanti vñit fides credita tunc a mis-  
ticia diuina! Diuturnam concedit debitoribus fidem  
Deus; sed tandem immitem agit feneratorem: depo-  
situm cum favore summo exigit à peruvacibus; ge-  
minat ictus; moras compensat; acrius ferit, uti  
diutina requie robustior. Notate quid eiusmodi ob-  
stinatis intentet Apostolus: Si capillito non arripi-  
occasione oblata, si non conuertans, ibus mazis  
tibi iram in die ira, Et reuoluntis iusti iudicij Dei, id est  
quando iudicauerit adesse tempus sanendi.

Publ. Mimograph. apud Macrob. l. 2. Saturn. 27.  
Furor fit lafa sapientia.

xiii. Valer. l. 1. c. 1. Lento enim gradu ad vindictam sui pre-  
cedit ira diuina, tarditatemq; supplicij grauitate compe-  
sat. Quantus fenerator Deus hoc loco.  
Plutar. Accedit, quod si moras trahat Deus, arbitret, vi-  
to 1. vit. diutius miseri siant impij. Quis enim ambigat certi-  
in Alci- finam  
biade.

Vitam expectationem ineuitabilis supplicij aliquan-  
dū protractam plus cruciare ipso supplicio? Non vi-  
detur vobis is cui heri sub vesperum allata est faba a-  
tra, aut intera C. condemnationis insigne, quo certo  
certius summo mane monetur producendus ignomi-  
niosē ad supplicium; si ipsum Iudex in vesperum pro-  
rogat alij distractus, animam agere, languere, mori-  
tores, quoties de morte ingruente cogitat, nulla ar-  
tidente effugendi facultate, & atrociora pati tor-  
menta, eo qui in latrocino deprehensus, aut antro,  
*Ouid. l. 13*  
*Fasori.*  
sue carnis, ut Caens, à latrunculatore, seu alte-  
to Hercole, constituto, vt prouinciam purger à mon-  
stris & grossis mortuis, ocyas arboris ramo affigitur, ra-  
dijs solatibus torrentus? Quis inficietur? Eftne verō  
peccator, etiam Philonide & Heraclide ignarior qui  
deletat nullum multum faturum? Deumque serō aut  
eo iulie indicantur?

Job. 9. Verebar omnia opera mea sciens quod non par-  
ce delinquenti.

Proverbior. Repertis Deus noctem tardē.

Pindarus in Olympi: Quod si Deum homo quispiam  
fuerat sicutum se tibi agit aliquid, errat.

Deus igitur peccatorem non castigans, nec in iusti-  
tia sue crucem malam agens, exemplō ut deliquerit,  
sed moras & fidem virginis, tringitae annorum con-  
cedens patrato scelere, attamen indubitanter vindi-  
caturus illud aliquando, atrociori discipiat tormento,  
quam si ocyus pānas expostularet. Hæret namque  
peccator certus & incertus inter sacrum & saxum; cer-  
tus, futurum ut luat: incertus, temporis praefixa. Qua *Luce. 12.*  
*horam non patatis, filius hominis veniet. Dies Domini si. 1. Theff. 5.*  
*circus in nocte. In matutino interficiebam omnes pec- Psal. 100.*  
*catorum terre. Incertus loci, num mari, terraue: in- Psal. 31.*

certus generis supplicij: Multa flagella peccatoris:  
incertus exitus, num ad paenitentiam, vel ge-  
bennam. Nulla fugit hora, ip qua non pal-  
leat, & tecpidet: locum nullum, tutissimum licet non  
deformidat: timet obiurgantes: suspectos habet

Mm 2 lau-

*Iob. 3.* laudantes; atq; qud sublimius viderit extollit qui b.  
diosi habentur, nec sunt. *Antequam comedam, suffit,*  
*dicere potest :* veretur mixta pocula veneno infetti  
*Psal. 13.* mensæ inuitantium, *Illic trepidauerunt timore vibrar-*  
*Cicero 5.* *erat timor, ait Propheta.*

*Tuscul. de* *Et mota ad lunam trepidabit arundinum volvam,*  
*Damocle* *videtur iustitiae diuinæ ensis crine equino appa-*  
*Parasito* *sus tenui vertici suo imminentem.* Quis inficitur affi-  
*& Diony-* *duum illum timorem supplicium maximum? Quid u-*  
*sio Ty-* *beatum, cui semper aliquis terror impendat?* Sitacit de  
*ranno.* *omni timore : eo infelicius est timere, quo quod n-*  
*metur, aut obiectum eius timoris formidabilior est.*

*Heb. 10.* *Quid verò formidabilius, quam Dei strictum subm-*  
*Iob. 31.* *judicium? Horrendum est incidere in manus Dei evan-*  
*dit, ait S. Paulus. Quasi iumentes super me fluctus temni-*  
*Deum, insit Iob. Deinde, qud diuturnior palmo, coher-*ciens* ius affectum diuexat; alioqui quorsum diceret Chri-*  
*tus?*

*Matt. 6. Nolite solliciti esse de crastino ; crastinus docu-*  
*rit sollicitus sibi, sufficit diei malitia sua.*

*Lucæ. 12. Baptismo habeo baptizari, & quemodo ar-*citor usq; dum perficiatur?**

*Ioan. 13. Quod facis fac cito.* *Seneca in Thyest. Leue est miseria serie, perfomi-*  
*grane.*

*Iudicium vox: Expedi virgas lictor: torquet mota.*  
*Est miser, quem eisdem non flagellat Deus, peccato-*  
*rum, quia tempore multo anxius eo terrore turba-*  
*tur, Deo per canonem iustitiae ita finente. Ecce ratio-*  
*nones modò occurrentes ob quas videti potest Deus*  
*differre vindictam extrinsecam celestorum : quibus*  
*probè perpensis, fiat satis, ut reor, ergo ferentibus,*  
*aut demifantibus Deum non scuire in peccatorum o-*  
*cus, ut leges eius est transgressus. Si quartus ob*  
*quam harum tardè prodigus luerit postquam omnia*  
*consummasset, præter ea quæ quarta ratione procul-*mus, dici potest, ut doceremur patienter exemplo**

*Dei*

Dei sufferre: ut palam faceret multa & magna crimina  
dimittere nosse: ut prodigus perspecta longanimi pa-  
tientia Dei in se, puderet sceleribus iugiter irritare o-  
ptimum Conditorem: ut asperior videretur fames  
post libertatem; seruitus post libertatem: aut alia qua-  
libet ratione nobis ignora, Deo probè cognita. Dica-  
mus de supplicij theatro pauca.

8. Ecce eodem loco sumptum supplicium, quo gellarus  
deliquerat viuendo luxuriosè? Au, ad praescriptos iu-  
prodigus  
sticè canones, & anxiorem ipsius angorem? deinde ut in qua re-  
penitentia restauraret, quod profligata vita prostra-  
gione vi-  
verat? Iustitia forma est penas sumere de malefa-  
ctore quo loco facinus patrauit, aut haud procul  
<sup>I.</sup>  
ab eo. Plerumque crucis & theatra collocantur  
<sup>Vide eru-</sup>  
ad supplicium, quo loco commissum est malefi-  
cium, capita & corpora palis fistula adactis transfi-  
xæ, crux sublata, manus palata, affixa portis & me-  
nibus ipsis, quæ hostium potestati tradere nitebantur  
<sup>Lipsum</sup>  
<sup>l. 2. de</sup>  
<sup>cruce c. 6.</sup>

2. Reg. 6. Juxta hunc canonem, eodem loco percus-  
sit Dominus Ozam, quo arcam fæderis prophaneat,  
tigerat.

Ezher. 7. & 8. Aman Macedo æmulus, eodem lo-  
co idem cadavere suo decorauit patibulum quod  
Mardochæo pararat; complices quoque eo ipso iu-  
gulati die quo misericordia Judæorum futuri erant la-  
tiones truculenti, si meministis. In ipso loco.

4. Reg. 9. Non legistis ferocem Jesabel eodem loco  
fæstina eiecram, iubente Jehu Rege, ad hoc assum-  
pto, & milie à canibus disceptam (canis ipsa, non  
nisi canum mortibus perire digna) in agro ijslo lez-  
rael, quo iustum Naboth lezraelitem interficerat;  
prudentia diuina, sic sine arte, iubenteque: in ipso  
loco.

Ibidem: Si non pro sanguine Naboth & sanguine filio-  
rum eius quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in a-  
gro isto dicit Dominus. In agro ijslo.

Dan. 6. & 24. Accusatores iniqui iusti Danielis,  
monne in eundem mittuntur decreto Darij Regis la-

cum leonum, in quem cum iniuste miserant? Incedem loco.

*Joel 3.* Nonne Palæstini, Tyrijs, Sidonijs communitur vltionem per ipsos loci incolas loci, in quorum exposuerant Græcorum populis habitatores leda & Ierusalem: in ipso loco.

*Ibidem:* Ecce ego suscitabo eos de loco, in que vnde sti eos: & conuertam retributionem vestram in copia strum. De loco in quo &c.

*2. Machab. 4.* Comes Antiochi Andronicus quidatis dexteris cum iurecurando blandè eductam Onam Pontificem de asyllo, statim peremis perfide, nonritus iustitiam, nonne post spoliatus purpura ab Antiocho, Iudaës simul & Græcis de iniqua viti cader conquerentibus, per totam ciuitatem circumduci iussus ignominiosè, demum eodem loco in quo in Quæ impietatem commiserat, sacrilegus vita priuatuse est.

*In codē loco* Dominus illi condigna retribuit paine opificio nostris stricto iure debitas perficit, ijsdein vel simili putat fuisse locis, quibus Adam ea admiserat, In monte officiis para dit victus Adam, secundum aliquos, dumero paradijsum. Refutant fertu monosolo, nomine Domina Hebreis; nulliana ea opinio bus binis ierichonte, Ierosolyma duodecim distantia. Hieronymus D. Plenè debitum persoluit in deserto momento Calvaria. In eodem loco.

*miss. Chr.* D. Chrysostomus de esurie Christi in deserto, ex Epiphan. ijs in Matth. in c. 4. Matth. Ut quia iam diuina nra Eugubius diabolus Adam in paradyso vicerat, nunc à Domino in nra latre solitudine vinceretur.

*in comm.* Act. 5. Ananias & vxor eius Saphyra in ipso menda-

*in 2. Gen.* ejus impudentis loco expiant. In ipso loco

D. Greg 1. 4. dial. c. 40. Quin si credamus dictis à Gregorio, defunctorum animæ plerumque purgantur ijs in locis quibus peccarunt. S. Paschalias Romana Ecclesiæ Diaconus purgabatur in thermis, ac in ijs apparet d. Germano Episcopo Capuano, cuius pre-

*Idem cap. 55.* Thermarum Dominus calceamenta detrahit, vestib. exuit, adest officiosè Presbytero quiescumque valetudinis gratia thermas peteret; obsecrat pro animæ suæ salute ter tremenda offerri sacrificia.

Juxta hunc iustitiae morem æquissimè pœnas dat prodigis in ea regione, in qua Majestatem diuinam multoties grauerter irritarat.

9. Deinde, opinor ibi cruciatum, ut maiore tenetur animi angore, pudoreque, (qui ex Theologorum sententia, haud spernenda pars satisfactionis.) Ut enira misericordia miseria genus est miserum est felicitate amissa: ita dolor maximus est, omnem alium excedens probro esse ijs in locis aut vicinis, quibus aliquando contigit honoribus vni deprimi coram spectatoribus quondam triumphorum.

Boetius lib. 2. de consol. prosa 4. In omni aduersitate fortune infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem.

Infelicitatis verba, fui, fuimus, habui, potui.

Virg. Æneid.

Nos aliquid nomenq; decurq; gessimus.

Ibidem:

Fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens.

Gloria Teucrorum.

Item 4. Æneid.

— Mea mania vidi.

Vlia virum pœnas inimico à fratre recepi.  
Felix heu! nimium felix si littora tantum  
Nunquam Dardania tetigissent nostra carina.

Prou apud Athenæum dipnoi 12.

Enere quondam strenui Milesij.

Ouid. lib Trist. eleg.

Nos quoq; floruimus —

Flammag; de stipula nostra breuisq; fuit.:  
Plautus in Rudentibus:

Miserum istuc verbum & pessimum est, habuisse.

Cicer de coniunctis supplicio affectis, vixerunt, inquit.

Plutarchus tom. 1. Moral. tract. Quomodo se laudet

quis citra inuidiam, sic ait senes cantare in chorelli cedem. Nos fuimus olim strenui iuuenculi. Optima veba, lumen, habemus: miserrima, fuimus, habuimus & his familia: longe adhuc funestiora, prolata, quando priuatio accidit, & eius contrarium succedit, felicitatis & honoris locis, & coram ijs qui felices viderunt.

*Esther* 8. Eheu! Quanto dolore discruciatatur Aman superbus, cypobrio omnibus factus post tantam apud omnes autoritatem, iuxta palatium Regis, honorum suorum pridem theatrum; coram aulicis, nuper sentatoribus, & cultoribus sui, vincitus in crucem mea suffigendus? Ut durum era Andronico, de quo supra, purpura spoliari, quam fulgens ab omnibus celebatur, per urbem circum raptari, ignominie cotam ijs apud quos claruerat! Heu! Quam gracie Belisario quondam Imperatori, Dictatorique exercitus Cæsarei, medicare stypem eritis luminibus in anguis platearum, quas multoties obambularavet, curru triumphali, vi etis Vandalis, trutibus Parthis, protector, & praesidium patris ad eum Barbaros! Haud ambigo ex doloribus Iesu Christi seruatoris nostri haud infimum, pertransisse vastissimam illam urbem, aut mage, parum mundam Jerusalem, orbis in urbe; flagris disceptrum, spulis odis, & visu horridis liuidum, spinis coronatum, crucifixum; quasi Barraba inferiorem, detinoremque eam inquam urbem, in qua Regum testimonio proclamatus fuerat Rex Iudeorum; in qua adstandus est requisitus, in qua stupori omnibus faciat, inter Doctores in templo; in qua tot miracula illustria patrarentur in qua sexi iduo clapsi regij honores ei exhibiti fuerant, stratis plateis arborum ramis & vestimentis: acclamantibus cunctis crebrofanno, Vt uat Rex. Ceruicibus imposita crux grauis, non tam grauabat dorsi spinam, quam ignomisie & dedecoris lignum animum anxiabat mortuum; nostri granulat & ista pati liberet. Quod ipsi probrum pudendo ligno affigi iuxta urbem, gloria & splendoris sui quondam amphitheatrum: crucisq; spectante vulgo

*2. Mac. 4.*

*Fulgo f. 1.5.  
Cap. 3.*

\* *Plutar.*  
*to. 1. Vit. in  
Coriolano*  
*no ait tales vocari  
solere fur  
ciferos.*  
*Matt. 2.*  
*Luc. 2.*  
*Matt. 21.*  
*Mar. 11.*  
*Iohann. 22.*

CONCIO QVARTA.

185

super classico sublimi orationis, imò triumphi? Hinc  
dicebat per Zachariam. His plagatus sum in domo eo-  
rum qui diligebant me. Notate, in domo eorum qui me  
diligebant.

Ita sc̄ res profectō habet: pudet quemque mutati-  
onis fortunæ sua, quo propius accedit ad locū, & ho-  
mines spectatores feliciorum temporū: cuperet que  
omnis hic clade à Deo affectus miserum esse in tene-  
bris densissimis. Ouid. l.4. Trist. elegi⁹.

Me quoq; felicem, quod non viuentibus illis, scil.  
patre & matre.

Sum miser, & de me quod doluere nihil.  
Virg. 2. Aeneid.

— Inuidia postquam pellacis Ulyssi,

(Haud ignota loquor) superis \* concessit ab oris: \* Paleme-  
Afflictus viam in tenebris luctuq; trahbam, des.

Et casum insontis mecum indignabar amici;  
siebat quidam de numero eorum. Quis inficitur p-  
digium, honoribus, gaudio, felicitate, seculi iudicio, v-  
lum in regione laborante fōme nunc, dum adhuc ven-  
tis secundis tumerent vela, ferretur rates? Assentato-  
rum, comedonumq; turba stipabat, praiebat, seque-  
batur; is omnium medius, ceu inter homines Deus a-  
liquis gradiebatur. Occurrabant amasi, quamdiu lo-  
quebantur crepitabantq; loculi. Macroped. in Asoto  
act. 4 scen. 5.

— Sed eccas, utraq; fertur obvia.

Me queritant Planes. Animule Asote quin venis?  
Nulla absq; te domi voluptas est, neq;  
Sine te aliquid est solatum. Margenium. Quid A-  
sote id est?

Te ocelli iamdandum moramur omnia

Qua ad Venerem, & ad gulam attinent, parata sunt.  
Salutabāt pannarij, sartores, cupedinarij, quos ruina  
sua sustinebat: caput sēpius nudabāt coram ipso, quā  
paganī coram suis idolis; fides non denegabatur; ti-  
tulo Domini mei &c. ad nūrum colebatur. Omnibus  
probūs habebatur, quod probē alieno ære se exolue-  
ret; & ut verbo unico rem dicam, quod eiusmodi lux-

M m 5 coni-

conibus gradiebatur stipatus, beatus dicebatur. *Psal. 143.* tum dixerunt populum cui haec sunt. Ut autem acerbita nomina stimulerunt, adeoque citius ad paniceam confugiat, ad patrem redeat, plenius faciat laus ipsius Maiestatis, flagellat in eadem regione, qua predicta viuendo voluptatibus potitus fuerat: coram ipsis castigat, qui non ita pridem honoratum, gratum, opulentum nouerant: qui forte cum indice demonstrantes dicerent. Hiccine ille?

4 Regum 9. Hiccine est illa Iezabel?  
Virgil. Aeneid.

Tune ille Aeneas?  
Idem 2. Aeneid.

— Quantum mutatus ab illo  
Hectore, qui rredit exuviis indus Achillis.  
*Psa. 68.* Factus sum illus in parabolam: in me psallentes  
qui bibebant vinum.

*Thren. 1.* Omnes amici eius preuererunt eam, & suis  
sunt ei inimici.

10. Vide te loca, personas, obiecta, quondam volo-  
ptati, nec ipsis frui posse, geminat augerque adeo mis-  
eriam, ut videre nec potiri annumeret tartareis penas  
Antiquitas pagana Virgil. 6. Aeneid.

Quid memorem Lapithas, Ixionas, Perithoumque!  
Quod super atra silex iam iam latjura, cadentique  
Imminet assimilis: lucent Genialibus altis,  
Aurea fulcrata thoris, epulaque ante oraparata  
Regisquo fluxu furiarum maxima iuxta  
Accubat, & manibus prohibet contingere mensu.

Fertur quoque Deus protoparentes paradiso tere-  
stri perpetuum exultantes, non procul abegisse, volunt-  
sequi colece terram orruis sui paradiso circumiacentis;  
ut lumina crebro conuententes in locum amenu-  
scat, quem ultra eternum amiserant, magis dolenter pec-  
catum. Vnde rufus infero prodigum fame labore,  
& egestate in pristinæ libertatis locis, spectatis inter-  
transfundum amicularum eisdibus, nec ad eas ingredi-  
valens, quod Aurelianensem & Argentoratensem  
ditiones

ditiones commutasset, in Argento-curtam, anxiorem conciperet dolorem: ut attentius considerans fores & fenestras quas multoties datis & acceptis mellitis verbis oppleuerat: & nocturnis occentationib. cohonestarati: ut oculis aut corporis, aut imaginatiq; eo aetioris, quo propius posita erant obiecta, loca, cubilia, thori, testes muti suarum impudicitiarum, *Illi*cas ve-  
*fus, notumq; cubile;*; nulla a fulgenti spe ijs deinceps *Aeneid.*  
denou potiendi: ut secum cogitans;

*Virg. 2. Aeneid.*

*Classibus hic locus, hic acies certare solebant.*

*Ouid. lib. Amorum.*

*Hic classi requieuiimus ambo.*

*Virg. 4. Aeneid.*

*Dulces exnuia, dum fata Deumq; sinebant.*

*Propertius:*

*Lectule delitijs facte beate meis.*

nec accedere proprius valens, ut stirbundus Tantalus  
fluum Eridanum: Et aliquando offendens fortuito  
infames Harpyias, quas simul oderat & deperibat: de-  
peribat, facie specieq; virginea, & excerptarum cupi-  
dium recordatione; oderat, quia earum vnguib. pror-  
sus exitus & excarnifatus, nido eiectus eaiu rostro,  
vogubus, palmis, inquam scommatibus, & dicterija  
saliacibus; ut cornices cernens plumis suis fastuosè in-  
signes, nec villas recuperare potens: ab alijs secundum  
vices coli & deperiri idola, & Deas pectoris sui, quib.  
quondam tot nefandis litarat sacrificiis; delicate ver-  
tutivamafolis, carumq; venustulis cultorib. nouis lu-  
dibrio (vti accedit cornici plumis exutæ mutuatis) se  
& in fabulam; cupedias, vinu, cibos exquisitos fame-  
lici pecunii comparata abligutiri: ut, inquam, horu  
omniu spectato: factus, atrociori mæiore angeretur,  
maturiusque se reciperet ab iis, quibus frui non daba-  
tur, libertius perditionis suæ regionem mitteret, ubi  
omnibus ludo & scena erat.

*Pf. 21. Omnes videntes me deriserunt me, loqui: sunt  
labij, & mouerunt caput.*

Ps. 43. Posuisti nos in similitudinem gentium, commotionem capitum in populis. Tot a die verecundia mea coram me est: ut aciore dolore distortus, aciore teoceret desiderio paternæ domus, tamq; maturius reperiret. Acerbiores ea ratione molestias luscitas Deus valbat; eadem sub iugum paternum se recipere iubebat. Videte, & aduertite sapientiam Dei.

IV.

II. Quoniam verò Deus noster nedum honorem ubi peccato detractum spectat, animaduersione enorquens multam honorabilem; sed & alios in museo continere intendit proposito exemplo; (& est tertium punitionis intentum, de quo superius; Græcis dictum

Gell. li. 6.  
cap. 14.

*προσέργυας*; priscis Latinis, exemplum, omne grave, & troxq; supplicium, secundum Aulum Gellium, ut spectatores arrideant prologi, primorumq; actuum delitij omnigenis refertorum, auditio tandem epilogi, & visa scena, lachrymis, mærore, dolore plenis, ab non auspicarentur actionem quibus ipse, ne fumelli tandem concluderent, ut ipse. Si alibi luisset, qui egistatem nouissimam, seruitutem abiectam vidissent, dixissent fortuæ casum, nec scelerum æquissimæ vocationem cognouissent. Ni in ea ipsa regione qua perfidè vixerat paenæ dedisset, sed cōptulus & elegans quælis aduenerat se receperisset, spectatoribus impunita vice non admissis ad spectaculum vindictæ, affuisset mararia sinistræ sentiendi, loquendive de prouidentia & iustitia Dei, vtique flagitia non vlti. Conclamasset vul-

Virg. 4.  
Æneid.

Additum

est nequā.

Chrysost.

hom. 1. ad

Antioch.

E' 66. 10. 5.

gus:

Pro Iupiter, ibit,

Hic nequam, & nostris illuscerit aduena regnū;

12. Adde, quod, ex sententia S Chrysostomi, virile sit spectatoribus, aduersa pati eos, quibus arrisit o-  
mnia prospera viderunt: namque in Diuorum numero facilè referatur, cni secunda iugiter obsequitur aura, cuius prota aduersorum procellis concutitur nunquam; cuius rates retrosum ventis cottarijs im-  
pellitur nunquam. Deus Alexandrum sagitta vulneratum coram suis fata subire voluit; ut & ipse ibi, & ceteris sciretur non esse Deus. Nabuchodonosor satum & tumorem retudit, & bestijs contubernalem voluit coram

oram suis : Herodis carnes vermis erodendas tra- *Dan. 4.*  
dedit: egestate, letitiae prodigum opprescit in regio. *Act. 12.*  
ne illa, ut & sibi ipsi, & ceteris homines, non Dij habe-  
rentur, quantumvis felices.

*Pl. 9. Vt sciant gentes quoniam homines sunt.*

En que occurunt ad propositam quaestione: si *Curerrare*  
cui gaza opulentiores sunt, aut nobis deponat, aut *permisus*  
hac accepta ducat quæso. Horatius l.i. epist. ad Nu- *prodigus,*  
micium: — *Si quid nosti rectius iſiſ,* *quæ Deus*  
*Candidus imperis: si non, his utere mecum.* *requirere*  
*Gen. 18.* *proposue-*  
*rat.*

13. verum tamen, & Deus summe, indulgeat rogo tua  
Maiestas, si ego puluis & cinis familiariter perscruter  
arcana ista *Quia ſemel capi, loquar ad Dominum meum:*  
*offerco, ne iraferciſ, ſi loquar adhuc ſemel Quoniam pla-*  
*cuit bonitati tua huic usque arcana pandere occulta*  
*velo paucorum verborum. Et poſquam omnia conſum-*  
*mariſ, &c. reor hunc poſtremum articulum mihi non*  
*occultatum iri. Ecce, tacta Maiestas tua, labi, & co-*  
*usque aberrare pafſa est prodigum, quem demum re-*  
*ſtitere, & quafi repifeari, è gurgite ſummo criminum*  
*eleganti artificio decreuerat? Cur mori finit, quem re-*  
*vocare ad vitam decreuit? Mortuus erat, & reuixit. Ec-*  
*ceut pereire, quem require dignatur? Petierat, & inue-*  
*tiuit. Probè ſeio eorum omnium quæ facis & per-*  
*mitis, nihil fruſtra fieri & permitti. Deus & natura*  
*nihil faciunt fruſtra. An forte ut ſuppeteret in quo mi-*  
*ſericordiam, iuſtiā que tuam comprobares? Miſe-*  
*riors Dominus & iuſtus. Otiaretur miſericordia tua,*  
*non datis miſeris, haud ſecus ac medicina, defiſente*  
*egritudine. Sunt peccata miſericordie tuę accommo-*  
*datiſſimum ſubiectum.*

Ouid. i. Tristium ad Cæarem:

*Nam niſi peccafem, tu quid concedere poſſes?*  
*Materiam venia ſors tibi noſtra dedit.*

Eluet miſericordia tua requiſitione aberrantis o-  
uis, & remiſſione peccatorum prodigi. Deinde, qui iu-  
ſitiae ſpecimē exhiberet Deus, quæ in delinquentium  
vitioſe versatur, irritatus nunquam? An etiam ut om-  
nipotentiam euincat, incompreheſibili chemia no-  
biſſi

i.  
Franc.  
Mairon.  
in hoc Eſ-  
ang. confi-  
derat. 21'  
conclus. 1.

II.  
III. 6.

## 190 DE FILIO PRODIGO

bis, propria ipsi extillando, educendoq; maximisq; rum peccatis, maxima bona. Forte hic iopus liquit. Deo equidem visitatum, comperto permitte te in malum (quippe qui Dominus supremus) ut vberissim comodi fenus ab eo proueniat.

D. Aug. tom. 3. c. 1. Enchirid. circa principium: *Cum sit summè bonus nullo modo finerit aliquia maleficia in operibus suis, nisi esset adeò omnipotens & bonus, & non nefaceret etiam de malo.*

Idem c. 20. Melius enim iudicauit de malo benefacere, quam mala nulla esse permittere.

D. Aug. l. Quid naturam magis inficiat peccato? Quod debet soliloqu. c. 5 rior materia peccato; si tamen peccatum dici potest videatur. aliquid? Proprie enim malum nihil est. Simpliciter ad eum verbo, factum est nihil, id est peccatum, ut intercipitur quidam. Attamen naturæ Angelicæ peccatum permisit: at exinde aniam captavit creandi genus humandum, ut Coloniæ ea estem institueret, & exilantia sedes repleret. Hinc non prepediuuit lapsum coram naturæ humanae in Adamo; sed ex eo argumentum sumitur. psit incarnationis leui Christi; quod bonum excelsius sent. omnia bona; miraculum, miracula; quia gratia omnibus, gratijs superior est; unde exclamat S. Gregorius: An si Adā O felix culpa! non quā Adamum, sed quia ictus honestatem & omnipotentiam Dei, qui nos primo illo peccato perditos cœtrens, misit Verbum dicitū assumere humanam naturam; ac secundum quid sublimioris ordinis constituit hominem, qui vero; ab incarnatione dici potest homo Deus; que locum non habent?

Th. p. 3. q. ni peccasset Adam: licet doctores tencant, non obstat. i. a. 3. c. 4. te Adami innocentia Verbum diuinū incarnatione factum, non ut Redemptorē, sed ut Glorificatorē. Doculisti sentiunt Adami culpam fuisse occasionē summa boni malis, qui ex sordido polubro, egregiā fingit imaginē.

Alessandri p. 3. q. 2. Incarnat. J. Ch. Quantus chemista Deus? Quantus A. Scotum in 3. d. 7. Quid verò arduum magis conuersione peccatoris? 2. Eam creatione mundi operiore adstruunt Doctores; spectata nudè rei natura, non autem opifice, Deo, cui vniuersa quæ facilia: meo iudicio optimè. Etenim Metam.

teans Deus initio subiectum primum & materiam mundi, qua nobis dicitur materia informis; Poetis Chac, rodus indigstafij, motes; non habuit velle suo repugnus chaos istud. Nihil reluctabatur, quia erat nihil. Deinde verbo unico de elementis disponit, cuique, quasi castrorum Praefectus locum aptum praefigens. Dicatum factum. Congregentur aquæ que sub celo sunt in locum unum, & appareat arida. & factum sit terra, inquit textus Creando alij omnibus dicebat; fiat hoc, fiat ista: producat hoc, producat haec; obstat bar nihil. Iste dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creatas sunt, ait Ihesus. In conuersione peccatoris, metamorphosi Angelorum tenebrarum in Angelum lucis, voluntatem humanae reperit obluctantem. Ve autem eam sibi hand impossibile restet, quosdam labi sinit, quos in gradum resiliunt; ac forte prodigum tenebrarum Angelum fieri possit, ut omnipotentiam suam explicaret conuertendo in Angelum lucis; miraculum in aliis patrat creatione orbis; metamorphosi que magis miranda est quia nihilom in totum, terram in earnem, os in carnem, secundum in salem, hominem in brutum, a quam in vinum transformauit. *Hac mutatio dexteræ* 11110 exalbi.

Arbitrari quoque; ideo pati electos labi, ut metamorphosi stupenda eorum honos augetur. Peccatum, quod ipsius permissione committunt, docet non impeccabiles, ut loquantur Theologi, id est potuisse peccare, & natura in peccatum propensos, ut & reliqui: monstra non adeò electos, & in gratia confirmatos, quin peccare possint, quod secundum speciem non concideretur, si nunquam laberentur: plurimumq; coram gloria sua strenuitate & Dei gratia partem detraheret. Que enim gloria abstinere ab eoppatrinarinequit? Non fabulati, non loqui, sed silentium plusquam Pythagoricum seruare mutuū, quid mirū? Non edentulū edentulū? Non vagati hic illuc, & circumcurritare, loco mouetis non valentem? Ast ingēs decus Demostheni disertus dicēdi gratia pollēre silere appositè: Dyogeni Cynico natura mordaci nō mordere: optimè valēti in cellula opor-

oportunè subsistere, accedat. Similiter, que gloria impeccabili, non peccare? Accedat autem maxima peccare potenti per liberum arbitrium, nec peccati, qui peccare non vult.

*Eccl. 31. Qui probatus est in illo & perfectus est, & non in illi in gloria aeterna? Qui potuit transgredi, & non est ingressus, facere mala & non fecit.*

Electorum scelerata ante conuersioneim commissa, quibus liquet necessariò non impeccabiles, efficiuntur si deinceps non delinquat, eorum in bono constitia, continentia, & abstinentia à voluptatibus tributatur sedulitati & oppugnationi, non vero cuidam amigariae gratiae cogenti, qua fingi potest cælitus ipsius infusa: quo circa decorum ipsis lapsos resurrexit, decorum, inquam, per accidens. Inde constat saluatoris non gratia Dei compellente, si saluentur post primam peccata, sed Dei auxilio, & assiduitate sua. Notate, maximam à me statui distinctionem, inter Dei gratiam allicientem, incitantem, inducentem, succurrentem, & gratiam quæ propè accedit ad coactionem, vim, violentiam, quæ rarissimè viritur Deus.

*Matt. 11. Si regnum cælorum obtinenter electi, non quia electi solum, sed quia vi rapuerunt illud acriter detinando. Regnum cælorum vim patitur, & violenter rapuerunt illud. Si tandem viatores euererunt, non quia gratia Dei invincibilis facti penitus, de suo nihil quicquam praestantes. Si peccato non occubuerunt, non quia vndeque non possent vulnerari, ut Achilles; sauciem vii sunt prælii initio, & ad tempus vieti, sed quia & animum, & vires resumpserunt. Vix i. Aenid.*

*Victores viisque cadunt, viisque resurgunt.*

*Cato. 1.2.*

*Victorem à victo separari se pè videmus. Decus certè prodigo egredie fuisse à cæso tam alto; ad patrem redijisse è regione tam longinqua. An forte eosdem primos lapsus sinit Deus, ad ampliorēm decorēm, perfectionēmque electorum? Conducit frequenter rebus corporeis inuetate cere, cōtierit, cōterit, dispergi: postfessi renouādo, reliquādo,*

## CONCIO QVARTA:

193

eparando, nouam eis speciem tribuit. Ita electo iusto, sed tepido, torpescere, utile quandoque peccato inueterascere enormi, ut renouatus & restitutus ab eo, fiat nouus vir, feruentior, & ardentior amore Dei quam alias vñquam. Semi iustum, gratia ordinaria perfectè iustum efficere non valens Deus, gratiam subtrahit, labi sinit; lapsus deinde restituit; qui tellitus iustior euadit post peccatum quam ante. Non legistis aliquando pictorem quedam insumptis tantis facultibus suis & artis p̄ceptis ut spumatio frama generosi equi ore manfa scire exprimeret, exprimere non valentem indignatum; ac penè in futorem aëlum iniesto in os equi varijs coloribus oblixi penicillo fortuito optimè expressisse toties tentata. Ita Deus conatus communibus suis gratijs effingere p̄celeganter electi cuiuspiam animam, id est, inducere eam nitens, ut secundum naturam, aut secundum virtutem viuat, quæ coincidunt, secundum Stoicos, resistente peccatore, nec à penicillo gratiæ colos probè suscipiente; iusta ira percitus cum fuit in numeris factibus inuolui: quo sit, ut non casu, sed extraordinaria gratia. Dei miser ille peccator probè resurgat, & tam prudenter se gerat à tempore lapsus, ut aliquando non peccasset. Nunquam yetustate laetitiae ex eadem materia renouari, & restitui, ut prorsus aliam diceretis? Sic alterata enim est, ut aliud esse videtur. Non legistis aliquando corpus hocce corruptum ui, ac indutum immortalitate?

I. Cor. 15 Oportet corruptibile hoc inducere incorruptionem, & mortale hoc inducere immortalitatem. Corrupe turpimum, deinde præstantius resurrectione exurget: expedit itaque per accidens corpori nostro mori, corrupti, in puluerem reuerti, quo demum gloriostus fuit. Ita peccati mors quandoque electis utilis, ut gloriofiores, studiosiores, feruentiores amore Dei resurgent. Mortuum erat & renexit, de quolibet eorum p̄cet tandem.

Nn

An

**D. Arnol-** An interdum ut retundatur fastus & supercilium,  
**dus Ab-** stabilitate iustitiae nequum interrupit tamenum &  
**bas Car-** elatorum? Superbis expedit cadere. Castigatur sapientia  
**notensis** suuperbia. Et presumptio exruina, an quidam insig-  
**coartaneus** Doctor. Ando dicere (iוסit S. Augustinus) utile  
**D. Bern.** cadere in aliquid manifestum peccatum, ut si quis  
*in illud.* qui iam sibi placendo occiderant. Salubrum enim fu-  
**Deus** Perius dicitur quando fleuit quam sibi placuit quod  
**meus ut** presumpxit. Purum quod magnus ille Themistocles  
*quid de* iebat, Perieramus nisi perissimus, quibetdam peccata-  
*rel. quisti* ribus accommodari posse; Perierant, nisi perissimus. E-  
*ternum* damnaarentur, ni atrociter peccaverint. Atque  
*enim uero* culpa humilioes facti sunt; in rectum le-  
*mit tam* reduci: quemadmodum offensio equi, eadem  
*aliquando* calcario est, ut exercetur, & equitem supi-  
*lapsu* humili non prostrerat. Quae quandoque omnium  
*pessime* geruntur, optimum omnium consequuntur.  
*fluum* Exercitus interdum superiores videntur ex-  
*uadunt*, aspercentibus qui de re militari scriptis, lo-  
*lummodo* quia de victoria penè cunctum videbatur.  
*electi* plerunque saluantur, qui ferè damnati. Virg.  
*2. Aeneid.*

**Cardonius** *Vna salus viatis, nullam sperare salutem.*  
*l. 3. de con-* 2. Reg. 2. Abner Imperator, ad toab Imperatores  
*solat.* exercitus, *An ignoras quod pericula sit desperatio?*

**Vegetius** l. 3. de re militari c. 12 *Clausus ex desperatio-*  
*ne* crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit armam for-  
*mido*. Libenter cupit commori, qui sine dubio sit iste  
*moriturum*. Ideque Stiponis laudata sententia est, quae  
*dixit* viam hostibus qua frangerent non esse munendam.

**Plutarchus** tom. I vir. in Themistocle. *Archid-*  
*Themistocli sua sit idcirco non includere exemplum par-*  
*tim* vicitum.

**Iulius Frontinus** l. 2 stratag. Cap. 6. videatur.  
*Haud dubitem eorum etiam maximum commo-*  
*dum* alio respectu. Experti enim suo discendo grave  
*peccati rugum*, seruitutem valem, & assiduo labore  
*subactam* eorum qui missa gratia conditio in pec-  
*cata* ruunt, multò pluris astimant gratia statum  
*quam*

CONCIO QVARTA.

195

quam pridem pluris facit, & accuratus studet sicut  
incorporeæ expertus alias ut miserum sit lecto affixum  
est, & medicorum arbitrio vivere. Misericordia  
qui medice vivit, quamvis cui nunquam caput do-  
luit.

Lactantius l. 2. institut. cap. 9. Ut opulentia bonum  
videatur, acerbitas egistatis facit, & gratiam lucis com-  
mendat obscuritas tenebrarum: valetudinis & sanitatis  
volupia ex morbo & dolore cognoscitur.

D. Hieron. lib. 1. comment. in nouum cap. Matth.  
Nisi ex comparatione virtutum, vitium non ostenditur.

Aristot. 1. Rhetor. ad Theocr. c. 2. Contraria simul  
collata maximè apparent.

Vilis egenusq; leuitus quam sub extero cine subire  
cognit pto ligus, pondus & pretium additio g; pa-  
tino; & praefata vi eius maximo teneatur desiderio; ip-  
sumque magni: astori eti. Ciuis aliquamdiu exteri Ty-  
ranni exper: us leuitutem, post Regis sui leges iuraq; Claud. l. 3  
amplexus deo. & tyrannica non ducit; sed Deum be- in stic.  
hedit quod otulit, quod humano, legitimoque Regi laudes.  
pareat. Nunquam libertas gratior existat, quam jub Regis  
pro ita iustus prouidentia Dei permittente in pecca-  
tum lapsus, vbi felicem eius amaritudinem præliba-  
ni, agri admouium accedat denuò; multò pluris facit  
felicem gratiae conditionem, quam alius qui nun-  
quam nus inuigilat assidue ut Argus semitis suis, ne  
in expertam relabatur calamitatem. Sub omni esca  
veneretur vincinum sub gramine, fossis.

Ouidius 2. de Ponto. Omnibus una tibis era subef-  
seputat.

Psal. 118. Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam  
iustificationes tuas, ait vates.

Rom. 8 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bo-  
num ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti.

Amplius, arbitret, quod quemadmodū Deus suos  
facit, quandoq; miseris miseria non viriola, ut mis-  
ericordiores in miseros, vbi res vbetior fuerit siat: ita ut  
elemicta & indulgentia ad peccatores eorum misericor-  
dia opus habentes tantur, interdū permittit in noxas

Nn 2

labi;

labi; ut supra diximus de S. Petro.

Gal. 6. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,  
vos qui spirituales estis huicmodi instruite in spirituali-  
nitatis, considerans e ipsum, ne & tu tenteres.

D. Gregor. lib. 10. moral. cap. 18. Nonnunquam quia  
nos culpas rarius committimus, aliena pigrus delita n-  
laxamus: Et quo peccare noster animus sollicitus metu-  
eo distractius in id quod ab alio in se delinquitur anima-  
uerimus.

J. X. Rursus, ne desperet quispiam posse resurgete &  
pedire se a peccatis, tot iustis quotidie cadentibus, &  
Psal. 93. Deo gratia manum porrigit ad gradum sublimem  
resurgentibus; ut ex inferno proximis. *Pascham*  
habitasset in inferno anima mea, infit Propheta, iam  
Deo sine viciu in gloria.

X. Item ut Astronomiam iudicariam, & arbitrii  
mani hostes, & claus nostros omnes quasi columnae  
cessitatis talis alligantes refella, quia non eritis,  
nimio plus communis trahant electi lapsi & restitutu-  
dum pessimis, ac demum optimi.

X. J. Vestri causa, quoque, & progenitores; si perditis  
omnibus ad educationem instructionemque libero-  
rum facientibus, aliquando perditos, disoluoset  
videatis, ut atimum non desponteatis; quandoque  
Deo, qui instruere nos non cessat, fuerit hic prodigus,  
alique huic similes innumeri. Sic disponit Deus om-  
nia suauiter, & suis utiliter, infit Salomon. Has propter  
prodigum in muligena ruere virtutem, licet eum perdi-  
tum non euperet: forte & propterea alias, nunc vero  
michi ignotas.

Ex ijs omnibus quae diximus, aduertitis ut iniurias  
carpant curiosi opera Dei, et rationibus, quas pro-  
limus, se xcentisque alijs fulcita. Procul ab eis modi  
mentibus Auditores, procul ab eorum dicendi, faci-  
endue modo. Absit nos arbitrios esse velle diuina-  
rum semitarum, nobis profus incognitarum. Quae-  
quitate Deum faciat apparitorem homo, manus in  
reum injicientem, cædcentem, oculos velantem, stran-  
gulan-

gulantem, aquis præfocantem, incendio absumentem, ubi & quando homine visum fuerit? Id cuperet, qui reos luere volunt citius quam luant. Ne proprius ad flamas diuinæ prouidentiæ accedatis, ne penitus vestris ardore liquatis in Eridanum archeisticum mergamini. Ne imitemini bruchos, qui sub vesperum lumine delectati, circumvolitantes tandem flammis absumuntur: cauete sedulò ab invacessibili lumine iudiciorum Dei. Quid. 8. Metam.

— Medioque ut limite curras.

Icare, te moneo, ne si demissior ibis  
Vnde graues pennas: si celsior, ignis adurat,  
Inter utrumque vola.

Medium tenete, ac considerantes Dei prouidentiam, eam admiremini: est miranda potius quam rimanda: alioqui cælum scalis admotis concidere nitemini dispendio vestro. Non est ambiendum lapidis speculatiuique nomen tantis sumptibus; cum maximè in rebus diuinis cæcute sit perspicacē esse; nihil se scire fateri sit multa sublimisque sciētia. Dicinde, non possumus, quin saltem Deo tribuamus iustitiae, quod homines hominibus concedunt eloquentię & scientię. Si enim quid adstrueret Pythagoras, de co dubitate, piaculum, ac si norma, canonque veritatis fuisset, Ipse dixit. Quia Cicero, alijque probati autores, hoc aut illud dicunt, benè, concinneque dictum iudicamus. Ipse dixit. Nobis est Tullius author. Ioa. Def. Loquitur sic Quintilianus &c. Saltem dicamus: Quantus pauper. ita quidem ita aut illo genere supplicij vindicetur de syntaxis. celestis, citò aut ferius Deus; oportunè, optimeque luere censendi sunt. Summa iustitia est, voluntas Dei, ait Saluianus. Interim, miseri peccatores nos, quorum ego primus, moras & fidem nobis concreditas pænitentiæ insumamus: vlciscamur ipsi peccata, quo loco patrata sunt; in hoc seculo, in regione illa. Ne Deus ipse in eo penas experat à nobis. Si nos metipso dijudicaremus, non virgine iudicaremur. Hic Deo ex dilatione scopus. Sancta ipsius gratia, & nostro conamine restituimus gradum, uitamur stare. Quanta nobis accessit glo-

det gloria coram hominib. & Angelis spectatores,  
si aliquando prostrati & subacti diabolo hosti nostra  
animo masculine mordicus resurgere, & pedibus sub-  
ie etiam conculcare in perpetuum contendamus! Quan-  
tus honor! Fazit Deus, Amen.

## CONCIO QVINTA.

*Graca.* 4.14 δακτανί Καρος δε αὐτοῦ πάντα, τι λέγεται  
ἰπποδεκατία τὸν χέρας ἀκείνου, τὸν αὐτούς σημα-  
τίσερην θεον.

*Vulgata.* 4.14. Et postquam omnia consummasset, facta  
est fames valida in regione illa, & ipse capte-  
gere.

*Syriaca.* 4.14. Quumque consumpsisset quicquid habebat, sit  
fames magna in regione illa, & coepit egere.

## ARGUMENTVM.

1. Exordium. 2. fames, & sitis quid significant. 3.  
ut Publicani fame laborarunt, ut que peccato  
reliqui. 4. Quinq[ue] expositiones istorum Postquam  
omnia consummasset. 5. in hoc seculo nono  
suz contentus forte. 6. Iugiter famelici sunt su-  
perbi. 7. austri. 8. lubrici. 9. Iracundi.

**N**onnullos licet insumpsimus dies in edifice-  
da fame cegestateque prodigi, in desideranda  
regione, & loco in quo sibi sedem delegerat, nihil bus-  
usque attigimus quam sensum historicum, quem no-  
stri textus termini propriè sumptu signant: scilicet  
mysticorum nibil, summæ rei nihil adhuc delini-  
mus. Ut igitur eos à nobis hoc secundo como minime  
tempi, vñ nec primo constet, nūc sententiam nostram  
super

superius profecimus: ac primò, quā hac fame & inopia maxima laborant, Publicam & peccatores Christi coquentes, quotum conditio potens & prædictus aliud portendebat: in quos tamen potissimum le-  
sus collimabat sermonem sub ambagiis huiusc p-  
tabole. Deinde, peccatoribus omnibus qui conuenientia. *Amos 4.*  
Antīsa. *Audite verbum hoc vacca pingues. Qui obesiores, potentes, ditiōes videntur haud minus sit at-*  
tentu quā macilētiores: demonstrabimus eam im-  
mensum eorum esse numerum qui summa inopia la-  
borant: darique pauperes diuites, ut & diuites pau-  
petes. *Tanquam nihil habentes & omnia possidentes Pa-*  
*tatorum hoc haud apertius, credibiliue prioribus.*  
Dicamus,

## AVE MARIA.

2. ut Publicanis & peccatoribus praefatis apposidè Fames &  
ista adaptentur, notandum primo dictiones famēs sitis, quid  
plenumque significare eloquentioribus, ardens desiderio significet.  
denum eius quod non habetur, & perdite appetitur.  
Quo in sensu Virgilii auri famem dicit, pro summa  
auri argenteique cupiditate. *Virg. 3. Aeneid.*

— *Quid non mortali, pectora cogit.*

*Auri sacra fames:*

Horat. 3. carm. 16.

*Crescentem sequitur cura pecuniam, maiorumq.  
fames.*

Studentius in Psychomachia.

*Non habet proprii amor insatiatus habendi.*

*Pignoribus, spoliatis suis famēs impianatos.*

Guilielmus Salust. 2. hebdom. 2. Sceptrorum auri que  
famem sacrilegam dicit.

Plato in Philebo: *Nonne famem atq. sitim & huius-  
modi multa concupiscentias quasdam esse diximus?*

Qua in acceptione ipse Christus humiles terpinos  
varius locis usurpat. ut vti agit de esurientibus & sitiē-  
tibus iustitiam, promittens satiatos iri: & ubi agit  
de fui sua in cruce, quis dubitet famem & sitim fu-  
ni metaphorice, ut significent summum desiderium?

N. 4 Jllie,

\*Exscr-  
ibilie, tra-  
dium ex  
mare Gal.  
lorum, de  
quo Ser-  
uius in  
hunc lo-  
cum 2. die

de Colo-  
nijs.

Illic, ut significetur summū desiderium iustitie & probitatis; in cruce, præter sicut veram quā discruciantur, maxima cupiditas salutis hominum omnium.

*Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, propter niam ipsi saturabuntur.*

*Luc. 1. Esurientes implevit bonia.*

*Ioan. 19. Sitio.*

D. Aug serm. 2. in Ps. 34. & exponens illud Psal. 4.  
Quemadmodum desiderat cervus &c. D. Bernard. serm. de passione, & D. Arnoldus tract. de verbis Domini in cruce, desiderium ingens salutis animarum fuisse dicunt. *Peccatorum salus fors erat ex quo bibere cupiebat.* Si sumantur frequenter fames & hæc ut deponent acce desiderium, cibus & potus signabunt expletionem. Itius desiderij, Juxta quæ diximus, famem & sumptus affectionem & portationem ad totidem res diversas extendere, metaphorico dicendi quodammodo, quo sumus quæ ardenter concupisci queunt, & cum volupte obtemperari. *Ioan. 4. 3. Tunc Christus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me.* Patris voluntas est ut salvet mundum: Non enim misit Deus filium suum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum: ergo cibus eius est salus animarum.

D. Chrysost. hom. 33. in cap. 4. *Ioan. 10. 3. Hominum salutem hoc in loco cibum appellat, ut quanta salutis nostra cura & desiderio teneatur, ostendat.* Sicut enim nos cibum, ita Christus humani generis salutem desiderat.

Jdem tō. 5. oper. imperf. in Matth. *Omnis iniustitia epulatio diaboli est; omnis iustitia spiritus, epulus est Dei.*

Deinde, memineritis eos qui Christo conuicti cebantur peccatores suis publicos notosque, adeoque astomastice dictos peccatores; vti & Magdalena dicta tur peccatrix: corumque aliquos, aut plurimos, Pu-

*D. Greg. blicanos, id est porticos, & exactores rectigallum hom. 34. Romanis pendendorum: quod munus natura exolum in Euang. erat, & vix sine culpa exerceri poterat, inquit S. tom. 2. Gregorio.*

## CONCIO QVINTA.

105

3. Quibus suppositis, fames & sitis supra memorata, innuit peccatores publicos, nec non Publicanos, quos admittebat Christus, aut penes quos manducabat, bibebatque, flagrante desiderio summo aliquorū, que obtinere non poterant, ut forte potiorum voluntatum, vberioris fænoris, statuum digniorum, propotionis ad altiora; denique semper cupidos alicuius tei, nec usquam contentos: Aut fortassis diuites illos Publicanos verè ad inopiam cum vniuersa regione redactos, aut excessibus, aut tuto cessionibus, aut naufragijs, aut alio quoouis sinistro fortuna casu, Deo rotam gyrante & regyrante, & excelsiores deprimente.

*Irus est subito, qui modò Cras erat,* *Oui lib. 3.*  
*aiebat quidam, verum plenius satisfacit expositiō* *Trif. et. 7.*

Quoad peccatores verò in genere, potest hic passus significare, in statu peccati (regione verè longinqua, qua procul à Deo dimouemur, contrarij & dissimiles ipsi consilio, voluntate, actibus) quin nendum in regione peccati, sed & in regione mundi huius, in inferiori tractu huius vitæ, regione longinqua, & multis ipsatis vita beatorū discreta) anxiam quandā cupiditatē dominari, semper indigenas paucias alicibus laborare nunquam eorum appetitui factū satis plenè, siue appetant pure bona, siue indifferentia; ast potissimum cum feruntur in mala, aut qua proprius ad malitiam accedunt. Vbi omnia se præstissime existimant, ut cōcupiscentias suas compleant, adhuc famelici sunt, nec saturi. Et postquam omnia consummasset, ubi omnia excoigitarit, præstiterit, quaquierit, libauerit, adhuc facta est fames valida in regione illa, *et ipse capit egere:* & ipse, diues, opulentus, contentus licet videatur; ipse, diues agris, diues positis in favore nummis, *capit egere*, nouam denuò patitur penuriam. Avarus, thesauris suis innatans, iudicio suo est pauper: *Querit aquas in aquis, voluptuosus, insumptris totis virtibus, expansis densibus internis externisq;* in delicias, nullatenus expletur. Id maximè insinuat fames illa, penuriave, qua laborasse narrat, prodigum Cæsareus Chronographus, Christus: occasione quo-

Nn 5 rum

rum plenius post excusiemus peccatorum inexpla-  
lem appetitiam.

4. verumtamen primū iū examinanda occurunt  
verba ista, Et postquam, &c. quā arunge oblit  
fermē eramus. Postquam omnia consumasset, consum  
p̄f̄se, aut dissipasset secundum alios: aut iusta Gra  
cos dō navis suā] Q. Mārī tārta, consumens autem ip̄s  
omnia sua, vel magis patris; utrumque enim iū ab  
īs significant, omnia sua, aut, omnia eius, scilicet p̄m,  
vti diximus alias. Opinor Ch̄ristum velle, Pabl̄ casos  
& peccatores, vbi h̄ aud spernendam facultatum po  
tioneū decoxiſſent superfluis, vano fastu, vestiu  
lū, &c. Aut multorum fāt: iactura fortunæ caſib;  
foro cessionibus, aut alio quoquis modo: aut vbi hom  
ines animæ & corporis neuos intendissent, nesci  
ditari, quo cumque modo, per fas & nefas, neclu  
contentos, sed superflū ſc̄e quod expeterent ultra. Al  
os vero peccatores omnes in genere, vbi ſc̄ipioſo;

Iſa 20.

Luce 10.

corpus & facultates vniuerias insupplet / ab aucto  
usque ad cænem consumetur, inquit de eiusmodi ſtati  
vbi ſe ip̄s consumperint voluptibus, vt papilio la  
mini circumvolitans: vbi penè mens, rationis vſus, li  
berum arbitrium ip̄s deperierint ( amplè ſubſta  
tia certe, quas nuper à Doquino obtinuerat) laborant  
fame, iaciētā ſumente indies desiderio amplius  
fruendi interdictis. Enimvero, ſpolientur omnino ar  
bitrio, & liberrate faciendi bonum, declinandi à mala  
nunquam, licet, quantumvis enormia admittat flagi  
tia; poſſunt nihilominus adeo affueſſi malo, in eop  
indurari, vt videātur vi adacti vt faciat malum, vt lo  
quantur & cogiteat malum propensione bona natura  
lii in bonum quam Deus animis nostris infert in  
initio ortus quasi penitus extincta & ſopita in ea ſi  
duo exercitio, & conſuetudine peccatorum, vt tem  
examinis videri poſſit. Meministis eius de quo dicitur,

D. Thom. I. 2. q. 85. a. 1. in corpore: Medium bonum  
nature,

## CONCIO QVINTA.

103

natura, scilicet ipsa naturalis inclinatio ad virtutem diminuitur per peccatum: per actus enim humanos sit quædam inclinatio ad similes actus: oportet autem quod ex hoc quod aliquid inclinatur ad unum contrarium, diminuatur inclinatio eius ad aliud unde cum [peccatum] sit contrarium virtuti, ex hac ipso quod homo peccari diminuitur bonum naturae quod est inclinatio ad virtutem.

Calix. Placuit expositione in hanc parab. par. 2.  
Confirmatio habet ibus prauis, nimis admodum lecitibus efficit, ut iam non meret erro, sed iheremant & facient violento motu in ea rapiatitur peccator cum in profundis venient &c. quoniam dona omnia gratuita amissit. naturalia obstupefacta sunt. & naturales inclinatio ad bonum in habitualem impulsu aë malum immutata.

F. Ioan. Granat: in hunc locum: Consumptio gratiae & naturae donis, obscurato intellectu, & voluntate infirma.

D. Dionysius l. 4. de diqi. Nomin. Peccata quamvis bona natura non penitus corrumptunt, aut collunt, extatim inserviant & rationem obtenebant.

Joan. Maior in hunc locum: Naturalia sub tanta inguisie erant illi habetata; semi amens factus est: latitu habenis equi in adolescentia, vires ingenij obtunduntur.

Chrysostomus tomq 1. homil. 17. in 3. cap. Gen. igno-  
rantiā Adq post peccatum egregie notat ex eo quod se abscondent.

Peccator sit Mydas, qui dicitur quasi μυδας id est, nihil sciens, ut ait Fulgentius l. 2. Mytholog. 15.

An hanc ipsam iacturam rationis, libertatis arbitrij, & inclinationis naturalis in bonum significat viator, qui delcedens Ierosolymis Jerichunt: in id est, inde fidum peccati, grauiter fauciatus est, & semiuicis relictus, vulneratus in naturalibus?

Præter hæc, amittit quoque per peccatum gratiam Dei. Quod dispendium fortenc significat spoliatio facultatum eiusdem ciuii terribuntini? Aut, an forte Christus illis verbis, postquam omnia consummasset, intelligit iacturam honoris peccatoris; nequaquam ei hono-

Vide l.  
pœniten-  
tia  
clementis  
luxurie.  
B. da. &  
habeatur  
m. Glossa  
ordinaria  
in cap. 10.  
Luca.

Et apud

Thom. l.

1 q 85. a.

1. in opp.

111.

115

ris externi, quem dicimus nomē bonum, famā bonā, reputationem hominum ab hominib⁹ (cuius nimilominus iactura est maxima, magisque dolenda dispicio indicarum gazarum.

Prou. 22. Melius est nomen bonum quam diuinū mul-  
te: super argentum & aurum gratia bona.

Eccl. 41. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis  
permanebit tibi quam mille thesauri pretiosi & magni.

Publ. Mimus: Bona opinio homini tutior pecunia est.  
Honestus rumor, alterum est patrimonium.

Plaut. Most.

Ego si bonam famam miki seruiss⁹, sat ero dives.  
Vox populi:

Omnia si perdas, famam seruare memento.

Non, inquam, externi illius honoris, sed alterius  
interni, quem amisi peccator? Protegō primum  
patrimonij iactura est honoris externi, & nominis ho-  
ni concōctio: eius verò honoris dispendium hoc loco  
intelligendum non est solum, sed & honoris interni,  
quem dicimus, verecundiam, pudorem erubetiam,  
quo retrahimur à malo; vultusque pudore ful-  
funduntur, admissō per nos incongruo. Maximum  
certè eius damnum, vtique nota & insignis virtutis,  
vti aiebat Diogenes ad adolescentem; unde & procer-  
biūm: Erubescit, salua res est. Hoc enim pudore supē-  
stite in pectori hominis impīj, ceu residuis aureis  
nonnullis in loculis magni decoctoris, de eius fatore  
necedum desperatur, neque dici potest proſus omnia  
consumptissime: per hunc namque à peccatis definet, &  
panitere poterit. Peccatum pudore minuitur, infit.

Ambrosius. Omnigenorum bonorum reliquiae sunt  
haud spernendae honor & pudor.

Eccl. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pu-  
dorata

D. Bernardus in Cant. Verecundia est bone spiritua-  
litatia, bona indolis indicium; virga discipline, expurgatio  
vittorum, propugnatrix prauitatis, gloria conscientia, fu-  
me cūstos, vita decus, virtutum sedes, gratiarum primū;

Cic-

Diog.  
Laërt. l.  
6. de vita  
& mor.  
Philos.  
Arist. l. 4.  
Ethic.  
cap. 9.  
D. Amb.  
de morte  
Abel.

Cicero 2. de Finibus: *Moderator cupiditatis est pudor.*  
Idem 2. Tuscul. *Sepè videmus frāctos pudore, qui nulla ratione vincerentur.*

Aristot. 1.4 Ethic. cap. 9. *Pueros verecundos, pudentes, que putamus esse oportere, ac adolescentes laudamus verecundos.*

Seneca 1.7. decl. *Est proxima innocentia verecundia.*

Idem 1.1. natur. quæst. *& cetera conspectum suum reformat.*

Et paulò post: *Quodammodo lupanar quoque verecundum est.*

Maximum verecundia detimentum: hac enim amissa, actum est de homine. Nonne metetrix, eadem manet, nesciens pudore, nec frontem remittere villa turpitudine staurum spurcitiarum? Effronti, impudenti, habitu eas refecens, & prædicans ut Sodoma peccatum suum mutum? O vt male est peccatori, quem dicere licet metetrix haud verecundiorem!

Jerem. 3. *Frons mulieris metetrix facta est tibi, & no-luisti erubescere pudore verso in impudentiam!*

Jerem. 6. *Confusione non sunt confusi, erubescere ne-  
ciunt.*

Ila. 3. *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec  
absonderunt.*

Prou. 2. *Letantur cum male fecerint, & exultant in  
rebus pessimis.*

Psal 51. *Quid gloriari in malitia, qui potens es in ini-  
quitate!* Crebitis peccatis amittitis pudor.

Quod tamen evenit crebro peccanti, & ijs qui longas ducunt moras in peccatis. Extra omnem aleam est, omnem pudorem scelesto depetrere, nihilq; peccata tandem facere, ipsum, corundem frequentatione.

Prou. 18. *Impius, cum in profundum venerit peccato-  
rum, contemnit.*

Ex cuius pudoris consumptione oritur fames valida in patria ciuis, ipseque egeri incipit; id est, & suauitioni feruerit desiderio peccandi, quam alias vñquam. Si quando superbus, glorię cupidus nihili ducat talis habet; avarus, libidinosus, iracundus, inuidus, fur, alij-  
que

que non vere auctor istius suodi haberi, & judicet de  
coris non obstat. hic est hanc: tum superbus vigerat  
tus superbiā suam nescit: auatus & fricator nos  
sunt corge: endis thesauris per fas & nefas: libidino  
sus, voluptatibus absotberi penitus concendit: in  
cundus, vlebilis mordicus vultus: uidus, alterius com  
modum liuoris sui obiectum depitimat aet: fu  
factis & prædationibus inhiatus. Eiusmodi fin  
norosi, quibus verecundia perire, exire incipere  
geret, & laborare fame protrahendi conceptum pec  
tariorum seriem, nihil indecorum rati peccatum, &  
consueta dñe in naturam transesse. Et p[ro]p[ter]a q[ui]a  
Fastus superbo, v[er]sura rapina que auato, impotie  
ta incontinenti, vindicta iracundo, luor lido, in  
piat in necessitatem ve[ct]i, nec ea vique carere pos  
sunt, impudencia & vitiosa assuetudine peccantem.  
*Facta sunt eis vitiæ necessaria.* Pridem seclera para  
bant aut ignorantia, aut malitia, aut infirmitate, aut  
amissio pudore, assidua peccandi consuetudine, qui  
necessitate, quæ tamen non excusat, quia spoue in  
eam insinuerunt: non magis quam ebrietas, in quam  
non nisi volentes incidimus, excusabat coram tribu  
nali Pittaci, aliorum que Philosophorum homici  
dium ebrietate patratus: qui genuo illud vindic  
bant supplicio: *Eborios dupli pena sufficiens patitur,*  
principium enim ipsis est, in sit Antitoxes. Expatri  
ita haud rei cienda est, sed ecce tibi quartam, ea haud  
inferiorem.

*Laerte L.* Nobis iuncta est, insecente gratia Dei, reverentia  
quædam Majestatis divinae, quam actibus, cogitati  
busque nostris semper ad e[st]e imaginamus: *Signatum*  
*est super nos lumen vultus tui Domine, ait Vates:* que  
platinum facit vitandis peccatis. Namque, si fugite  
virorum inclivium assiduum actuum nostrorum obse  
uatorum, spectatoremq[ue] sufficient ad virtutis studium  
amplectendum, ut volebat Epicurus a Seneca relata;  
quæm nos efficiat studiosos & impigros p[re]fessoris O  
mniognoris imaginata? *Prod[uct]us sine dubio ei[us]dem fili*  
*impostuisse, et habere quem respicias, quæm interesse cog*  
*tatur.*

*Genes 1.*

*Ech[ec]o c. 3.*

*Iv.*

*Isal. 4.*

*Lxx. 1.*

*Pitt. co.*

*Trifl. 1.*

## CONCIÓ QVINTA.

107

rationib; tuis iudicis, infit Seneca Vnde David, Elias,  
innumeriq; alij ad tantum sanctitatis fastigium eue-  
cti, nisi aliudua impressione, imaginatioq; ac scriptio-  
nem omnia videntis oculi? Meditatio cordis mei in  
confessu semper. Domine ante te omne desiderium meum.  
Psal. 15. Prouidebam Dominum in confessu meo sem-  
per, quoniam à dextris est mihi ne commouear.

3 Reg. 17. Viuit Dominus Deus Israel in cuius con-  
fessu hodie.

Animæ thesaurus inenarrabilis lumen iugis de-  
ficio in DEVM; ipsiusque ceu p̄äsentis reveren-  
tia. Namque si ludimagistrum reveritus puer, in-  
solens nihil audet: si presente viro probo, ho-  
noribusque claro seditionis vulgus iam armatum  
& in mutuas cædes ruere paratum sit, audit, acquies-  
cit, anima recordis neminem habet: multo magis ma-  
gi Dei praesenti altius imaginationi impressa conti-  
nuit in monere passiones, affectionesque tumultua-  
nas & rebelles peccatoris.

Virgil, 3. AE. 10d.

— Pictate grauem ac murit; si forte virum quem  
Confexere, silent arreretq; auribus adstant.  
Est quoq; maxima iatura, malorum plurimorum  
causa obliuio præsenzæ Dei: ab hac scaturit audacia  
et; enim laxandi fræna omni spuriæ. Non memini-  
tis tenes ausos Susannæ pudicitia oppugnare, vbi ad  
esse copia dendi, Ecce ostia pomarij clausa sunt, & Dan. 13.  
nemo nos vidit, Et nos in cōcupiscentia rui sumus: quæ obire  
abitare nobis, Et cōmiserere nobiscū? Nōne hoc ipsi pessi-  
mo fonte noxiis cœs iniquitatū amnes tribuit David?  
Psal. 51. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me,  
Et fortis quiescerunt aioniam meam, Et non proponserunt  
Dum ante confituum suum.

Psal 9. Non est Deus in confessu eius, ideoque inqui-  
nate sunt via eius in omni tempore.

Psal. 13. Omnes declinauerunt simul inutiles facti  
sunt: non est qui faciet bonum, non est usque ad unum.  
Sepulchorum patens est guttur eorum. Linguis suis dolose  
agabant, venenū aspidū sub labijs eorum: veloces pedes eo

rum

rum ad effundendum sanguinem: inde autem prouenient ista, inquit infra, *Quia non est timor Dei ante oculum tuum.* Hinc mirè laudo eum cui tessera familiaris, *Cave, Deus videt.* Porro, utilissima illa imaginatio actualis præsentiae Dei in omnibus actibus nostris, alè homini impressa licet, paulatim extinguitur peccando crebrius, maximè si non sequatur virtus. Inulta enim videns quæ commisit, purat Deum sibi non praesentem: aut si praesens est, non videre, obseruare que; aut si videt, non velle vlcisci; aut si velit, non posse, arguere detenim peruenit ad omnimodam sublationem presentiae Dei; qua sublata, sequitur rabida famæ delinquendi quam alias vñquam. *Facta est famæ validitas.* Arbitrè huius reuerentiae amissionem, etiam ligari concoctione effusa facultatum omnium prodigi postquam omnia consummasset.

An forte insinuant ista peccatorem distendile & quasi consumpsisse ingenium, sensus omnes, & corpora omnia lustrasse, euoluisse que, vt effusis suis conditibus faceret satis? Etenim enuntiatius de Orazio, *Consumpsit omnem vim eloquentie;* & de Timante pectori, *Consumpsit omnem pingendi artem;* & vi figuratur uterque, in sua arte, & praefixo subiecto emet ingenij vires intendisse, vt quoad fieri poterat ioco-  
pti munieris partes optimè completeret. Videas peccatores desudare vt delinquant ingeniosè, cattive, & quæ si ad arris canones, totos esse vt malum sentire & bene faciant. Nunquid de ijs qui diluvio causam suis flagitijs dederunt, dicitur, *Cuncta cogitatio cordis intenta erat ad malum omni tempore?* Notate sedulò ista, *Cuncta cogitatio intenta omni tempore:* tres circumstantias emphaticè significantes studium, quo peccator Deum offendit. Quorsum crebro ingeminant Propheetæ ad inuentiones quorum causa Deus vlciscitur peccatores?

Iob 20. *Juxta multitudinem ad inuentionum suarum, sic sustinebit.*

Psal. 27. *Da illis secundum opera eorum, & secundum nequissimam ad inuentionum ipsorum.*

Psal. 98. Et vescens in omnes adinuentiones eorum,  
Osee. 11. Iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius  
reddidit ei.

Quosum David: Transferunt in affectum cordis? Ec-  
cur dicunt: Venite & cogitemus contra Ieremiam cogi-  
tationes? Nisi ut insinuerit peccator non min' exercere  
ingenium excogitando nouum peccatum, quam ora-  
tor, ut illustris adinueniat argumentum? Non ita desu-  
tant Oratores Poetæque componendis dictionibus  
orationis, concinnandis poematisbus, ut fornicariæ  
componendis gressibus; Pedibus suis composito gradu Isa. 3.  
intebant, ait Iaia de filiabus Sion: miro artificio, &  
sedulitate impigra amores concinnant; Arte regendis Ouid. 1. de  
amor, ait quidam. Studet, omnem sui ingenij vim con- Amore.  
sumit meretrix ut adueniat modos, quibus procul  
teneat vincitum: verum tamen, postquam omnia consum-  
masset: artificio illo & studio infumpto, & penè con-  
sumpto excogitandis, singendis, parandis nouis deli-  
tijs, excentis modis voluptatum vitiosatum. Facta  
est famæ valida; incidit noua libido adinueniendi, &  
fruendi nouis Aut, Facta est famæ valida, vrget famæ,  
& egitas; quando perpetuari non valent, submotis  
cupiditatum subiectis, aut instrumentis & viribus; ut  
senio grandezuis, viribus necessariis continuandis im-  
pudicitijs solitis; quas exercere non valeant licet; non  
tamen non ardenter concupiscunt; aut ardenter  
quam alias, cum per vires licet. Ita famem istam ex-  
ponere videntur S. Ambrosius, & Albertus Magnus.

D. Ambrosius l. 7. in Lucam c. 15. Egere ideo capit &  
famem pati, quia nihil prodigi satis \* voluptati. Semper  
famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit im-  
pleri.

Albertus Magn. comm. in illud, Capit egere: Eguit,  
quandoquidem voluntatem fruendi peccato habuit, &  
valesitudinem non habuit, quia perficere non potuit.

Egenus est, qui aliquid concupiscit; ut dimes ille,  
qui quod desideret non habet.  
Boetius l. 3. de consol. prosa. 3. Eget vero eo, quod quis-  
que desiderat. Vide ibidem.

Oo

Deli-

\* al. vo.  
luntati.  
& forte  
melius.

Delibata voluptate una, alteram desiderat  
Virgil. 3. Aeneid.

Nos alia ex alijs in fata vocamur. Aut geni-  
tas cuperet.

Virgil. 4. Aeneid.

Nunc eadem labente die conniuia quiri,  
Iliatosq; iterum demens audire labores,  
Exposcit, penderiq; iterum narrans ab in-  
Continuationem expicit.

Eccl. 18. Cum consummauerit homo tunc incipi-  
tum quieuerit, operabitur.

Atque iugis laborat in opia, fameque peccatorum  
quam contentus, expletuue.

Prov. 3. Egestas à Domino in domo impj; Deo im-  
permittente, certo iustitiae ordine. Quancumque Pub-  
licani innatarent ambibus omnibus autem, ut Mi-  
das, & famosi illi peccatores stenuerunt & viritum omni-  
genis delitijs sese applescent;

Sap. 1. Nullum pratum sit quod non pertransi-  
xuria nostra: vino pretioso & vnguentis non impluantur;  
non ideo desistebant Publicani a congelione mon-  
rum thesaurorum; nec voluptuosi a cupiditatibus no-  
uarum delitiarū, aut vltororis protractionis caruū.

Calistus Placent. p. 2 in hanc patet. Hoc sit, que-  
niam ardor concupiscentiae eo magis incenditur, que na-  
tive delectationibus abundat, ut ignis oleo superfluo.  
Steph. Paris. hom. 18. inst. Fames hac est deliciaria  
appetitus.

5. Attendite ut praesens vita maximè peccatorum  
& secularium sit inexplibilis, cui quod desideret sem-  
per suspetit. Videte, mundani, oculis apertis, & oce-  
hiante, ut mundus hominem donare non queat ani-  
mi tranquillitate, & sufficientia, quam Grati dicitur  
Abduvix; adeoque beatum facere nō valeat; licet ma-  
nibus ambabus effundat, ingerat foribus & fenebris,  
etiam dormienti quicquid possidet; quin vno co-  
runt quod habet; quod accedit nunquam. Frugili-  
tas, qua sola homo beatus, sedem non habet in hoc  
seculo.

Nemo in  
hac vita  
contentus  
huius  
rerū sua-  
rū; signā-  
tes pecca-  
tores.

CONCIO QVARTA.

211

Proclus lib. de anima & dæmonibus: *Communis, immutabilisque sententia, beatitudinem designat sufficiens: quibus enim competit habere se bene, eisdem sufficienter habere se conuenit.*

In hac mundi regione iugis adeat insufficientia, egitas, fames valida, maximè in mansionibus peccatorum, vera germanaque, sedē in opīa & pauperatis, quam idēt̄ forē ingeniosa antiquitas dicebat nocte & Erebō natam; id est, obscuritate & tenebris: ipsos enim caliginem & tenebras significat. Quid peccata, nūc caligo, densitas, tenebrae? Et dilixerunt homines *Ioan. 9:* magis tenebras quam lucem. Qui Deo non reficitur, aut delectatur, unquam satiatur.

D. August. in co. scell. Omnes dilectiones meas quas amabam, effe, si: Domine Deus, ut quererem sine offensione letari, & non invenirem, nisi in te.

Psal. 33. Dinites eguerunt & esurierunt.

Psal. 64. Fameri patientur ut canes, & circuibunt circumferentem.

Pro. 30. Sarquifiga dua sunt filiae, dicentes; Affer, affer.

Ila. 57. Impij quasi mare feruens quod quietere non possunt, & redundant fluctus eius.

Haggei. Comeditis & non estis satiati.

Ibide: Qui mercedes congregauit misit eas in sarcinum perditum.

Ioan. 4. Qui liberit ex aqua hac, sitiet iterum.

D. August. lib. 4 confess. Redite prauaricatores ad te. Embarete ei qui fecit vos: stare in eo, & stabitis: quieti in eo & quieti eritis: bonum quod queritis, ab illo est.

Palantes percurrite si lubet omnes omnium ordinum hominum status & conditiones, ne vnicum deprehendatis magnitudinem animi suis rebus adhibente. Quot desiderabilia mundus habet, totidem inuenias desideria inexploria. Dispiciamus cuncta, sive eorum plurima. Septemplici desiderio hominem frater aduerto. Primo, scientiae ignorantia intermixta.

**xtx;** omnes siquidem naturaliter in hoc propendunt  
Arist. l. i. Metaph. cap. i. Omnes homines naturam  
desiderant: signum autem est sensuum dilectio: nam  
absque usu propter seipso amantur; praecesteris autem qui  
per oculos sit &c.

Cicero l. Offic. Omnes enim trahimur, & adiuimus al-  
cognitionis & scientia cupiditatem, in qua excellere sal-  
ebritate putamus: labi autem & errare, nescire, decipi, & malum  
& turpe ducimus. Sciendi studio pertinet adolescentes  
Padua, Bononię, Louanium, Parisios. Ab hoc scilicet  
desiderio infantuli defixè intuentur, arrectis auribus  
attendant quippiam nouum audientes: ab hoc rati-  
uersitas Quare, & Quomodo.

**Tomo I.** Ut pulla ignorantia scirent cuncta instituerunt  
tit. de stu- Philosophi maximas peregrinationes, de quibus pri-  
mam parte.

**dustria.** Valerius l. 8. cap. 7. Luctans Solon cum morte iam  
proxima, & fauibus imminente, audiens amicos dif-  
ferentes de egressu animae ex corpore ( vti reos caput  
arrexit, ut discens moreretur. Audiens sapientem, sapien-  
tior erit, cogitabat.

Demosthenes annosus & centenarius regrebat  
concedebat, nonnullo facto in scientijs tyrocinio.

**Plut. 10. 1.** Cato iam aetate grandissimus imbuī voluit discipli-  
nit. in Ca- nis Graecorum.

**zone.** Apollonius fuerit magus, aut Philosophus, parum  
refert) nouemdecim peragrauit, perlustrauitque pro-  
vincias diuersas, sectatus scientiam: dignus certe  
eam inuenire, qui utiq; tam impigre eam querebat.  
**Et Poli- crates l. 7.** Quæ sciendi cupido in hac vita expletur nunquam:  
cap. 13. scientiam enim humanam indiuidue stipat ignoran-  
tia: Socrates, omnesque sapientes ad hoc semper re-  
deunt punctum: Hoc unum scio, quod nihil scio. Itaque  
Archelaos negabat esse quicquam quod sciri posset, ne-  
lud quidem ipsum quod Socrates sibi reliquisset, aiebat

**Cicerol. 1.** Cicero. Hinc magnus Aristoteles nihil nos scire dice-  
bat, comparatione ad ea quæ ignoramus: & Trireme-  
cadem. in gistrus; Maxima pars eorum quæ scimus, minima quæ n-  
sime, rum quæ ignoramus: Quos sequutus s. Hieronymus

CONCIO QVINTA. 113

humiliter fatebatur : Nos pulices & vermiculi scientiam nostram inscitiam , profiteri debemus. Et Apostolus: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Scit quidem omnia corpus generis humani in solidum, aut penè omnia : ast individua & particularia quæque omnia norunt minimè. Adipiscatur totius mundi sapientissimus scientiam sexcenties sublimiorum, adhuc cupidè anhelabit ad scientiam eorum quæ ignorat. Dicebat ex charissimis fratribus meis unus, anxiā magis non dari aurantium quam literatorum ; nihil que ingenij humani cupidinem minus explorare quam scientiam , quæ nunquam videretur ad iustum mensuram excresuisse. Quia animæ cognitione non est limitata, natæ omnia scire; sciendi facultas ista non exploratur villo scibili, nisi, eo, quod complectitur in se scientiam reliquorum omnium, qui & Deus solus ; quo probè cognito, cætera omnia sufficienter sciuntur: in cognitione, nulla cognoscuntur; adeoque laborat animus inedia scientiæ, in tot locos distractus, quot studet obiectorum cognitionem, intelligentiamque adipisci. An ideo nonnulli exponentes quandam epistolam S. Hieronymi ad Paulinum, ad illa verba, De Philostrato Tantali fonte potantem , scientias seculares dicunt tuus l.3. de Tantali fonte, in quibus hærent sibi undique curiosi. vita A- res nunquam exulti, nunquam satisfacti; semper dis- pollonijs cantes. & nunquam ad scientiam veritatis peruenienti- de Tantali fonte. Quid. 4. Metam.

V. P. Iacobus Bos-  
quier.

D. Bon. in  
1. dist. 1.

li statutum  
porrigente  
phialam

videatur.  
2. Tim. 3:

—Tibi Tantale nulle  
Deprenduntur aquæ , queque imminet effugit

Idem 3. Metam. de Narciso:

Dumq. sitim sedare cupit, sitis altera crescit:  
Eccl. 1. Non satiatur oculus visu, nec auris auditus.  
D. Augustinus to. 2. epist. 3. ad Volusianum: Tanta  
est Christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem si eas solas ab inceunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo studio summo otio, meliore ingenio conarer addiscere.

Marsil. Ficinus in vit. Platonis : Philedonem cupit  
Platonem carpenti , quod non minus in disendo que-  
docendo studiosus ac sedulus esset . Et quondam discipulus  
vollet interroganti; quoad inquit, meliorem ac ponitum  
esse me non penitebit.

**II.** Deinde, quid audius experat homo sanitatem firmam  
nullo ægreditudinis liuore interturbata i. Grandusq;  
ut sit mens sana in corpore sano, ait quidam. Verum cum  
impossibile morbo immunem trahere habe-  
tam, quam à natura corrupta, immortalem. Pia  
subditur doloribus, quam mare procellis, qui aequo  
ad hæc usque tempora nominibus & numero medici  
sunt noli. Sanum se putat, qui mortem pectoraliter  
dicitur prouerbialiter. Ideoque appetitus iste in his  
infernis explici nequit. Facta est fama; valida a regi-  
ne illa.

**III.** Adhæc, quid magis cuperet homo quam rem  
viuere? verum vix natus , citatim ad mortem prope-  
rat: vix vita ponsum trahere cœpit ex tribus locis ut  
una , quin protinus adest terria cultro stamen abru-  
ptura. Dum adhuc ordiret succidit me : de manu vix  
ad vasoram finies me . vix maturè no exclusos retro-  
spectat viuens orbis auria nos suo exceptur.

Hoc quoque quod laquimus, de \* nostru demissu  
anne.

Hunc ipsum quem agimus diem cum morte dimidiamus,  
inficit Seneca.

Si æternum proferte viri fines nequit, saltem pa-  
cos quos degit dies cuperet transactos gaudio nulla  
mæstitia interturbato; vernans enim alacritate flo-  
ret ætas, qua mærore marcescit.

Aristoteles l. 8 Ethic. Natura maxime fugit tristitia.  
Et appetit delitabile. verum ut numero & milieo agri  
molestiarum feraces viror, soboles, amici, opes, ipse  
**Job. 7. 14** Gibi molestus. Factus sum mihi metipsi grauis. Exiguum  
quo vivit, tempus non transigit curis & molestiis li-  
ber. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, infle-  
tur multis miserijs. Tam felix nemo quin oia doleat  
vices, queratur fortunam suam.

D Chrysost homil 67 tom. 5. ad Antioch. Sive diutinem dixeris quoniam dives es, multas habet tristitia causas: sive Regem ipsum; nam & a multis ipse tenetur, nec omnis pro votis facit, sed nultat praterquam sibi gratum est indulget: Et super omnes ea fecit omnia qua nullatus vellet.

Ibidem: Sicut immortalis homo non potest inueniri, ita nec absq; tristitia.

Ampius. Quid mundo desiderabilius pace firmatur. Ad hanc omnes suspirant, in qua respirant quiescentes cuncta, inquit S. Dionysius.

D Augustinus li. 9. de ciu. c. 13. tom. 5. *Omnia pacem D. Tho. 2.*

*appetunt.* *2. q. 29. 8.*

D. Dionys c. 9. de divin nom. *Omnia que fecit summus opifex Deus, pacem desiderant, & in pace quieti sunt.*

Idem ibid. c. 11. videtur.

O Pax! Ut grata aduenires Belgio ex regione tam longinqua! Quantum gaudium si tempestiuè, oportununque remittere te dignaretur Altissimus! Supponamus reuersam, ac utinam! nihilominus premeret nos aiternus famis esuries: sunt enim in hac vita nobis maligii, liuidi, iugi nos lacestantes bello, mundus & satanas: ipsa quoq; caro domino est molesta suo: *Et ipse cepit egero.*

Quid homini iucundius libertate, omni seruitute vacua? Esto, sit Rex, sit Monarcha, à solis ortus caridine, ad vsque terræ limitem, adhuc manebit cum servitus aliqua. A multis tenentur Reges; sanctior Senatus libertatis regiae clauem gestat: non omnia pro libidine gerit: indulget, incessante animum vescendi copidine; alterius consilio vindicat, culpam donare auens: plerumq; Alexandri magni sunt servi assessorum suorum; ne dixerim seruos seruorum Diogenis Philosophi. Cuperent Reges frequenter non esse Reges, vt quod liber, licet; vt pro votis coniugia inire quietent. *Et ipse cepit egero.* Igitur & ipsi Reges egent, quippe qui desiderant quod non habent.

Cuperent vniuersa eliminata penuria, omnia rerū

VII.

Oo 4. rber.

vbertate affluere. Verumtamen sit hominivni Paupi  
lus aureus in patrimonium , adhuc egebit, penumam  
*Horat. 3.*  
*carm. 16.*  
patietur, plura possidere gestiet. *Nemo est tam compe-*  
*sit & felicitatis, ut non aliqua ex parte cum sua fortuna-*  
*xetur, ait Boetius. Multa potentibus multa disent, iie-*  
*bat quidam Mydas fluminibus aureis innatus, fame*  
*perit. Per vniuersam orbis regionem est fames valida, vi-*  
*& ipse Mydas egeat: vexat iugis penuria; ipsi videbit-*  
*est maximè regionem peccati discruciat. Demoultus*  
*sigillatum.*

*Iob 40.*  
*Ezec. 28.*  
*Ibidem.*  
6. Fingite quempiam in regione superbia sedem si-  
bi constituisse : quo magis honorabitur, eo audiunt  
honores & fastum experiet. Ecquis inter caelitis mil-  
itia cuncos honoribus potioribus auctus, ampliori  
perfectione conspicuus Lucifero , quem Vates dicit  
Principium viarum Domini; Perfectus deore? Micabut  
paludamentum eius margaritis & unioribus auroru-  
tilanti circum circa cinctus fulgebat , In media lap-  
idum ignitorum ambulasti . Attendite queso: dum ab  
omnibus colitur, sit fames valida in regione eius; au-  
xiun plurius oritur desiderium. Et ipse capite genere ca-  
quibus gaudebat nihil erant respectu eorum qua  
ambiebat. Videre honoribus inhiantem.

*Isa. 14. In celum confundam, super astra Dei exaltabo*  
*solium meum, edeo in monte testamenti, in latribus A-*  
*quilonis, ascendam super altitudinem pubium, simili in*  
*altissimo.*

Principatum obtinuerat iter creaturas corporeas,  
visibiles humani generis satores Adam & Eva, confi-  
tuti à Deo Monarchæ super omnia animantia. Domi-  
nanimi piscibus maris ; terror vester ac tremer fit super  
cuncta animalia terra. Idem : Omnia subiecti sub pedi-  
bus eius, oves & boves vniuersas, in super & peccata campi.  
Erant parui Dei in terra, imago & \* effigies Dei, atca-  
men , sit fames valida in regione eorum quia superbii  
erant, incidit fames ; discruciat desiderium perueni-  
endi ad altiora ; Et ipsi experunt egere; non continu-  
erunt se finibus felicitatis suæ; proprius ad similitudinem  
Dei accedere gestierunt; Descientiam emulaci-  
fuit

\*Gen. 1.

Gen. 9.

Psal. 8.

\*Trismegist in Pe-  
mand.

hunc cupiebant fieri, sicut Di scientes bonum & malum: Gen. 3.  
præ desiderio & cupidine istius dignitatis labro fuen-  
to esto pomo impresesterunt; & pomis noxialis morsu in  
mortem corruerunt.

Num. 16. Multus honos fuit filiis Leui acciri in ob-  
sequium Dei & ministerium tabernaculi: namque, ser-  
vire Deo regnare est: nihilominus languet inedia  
Chore eadem tribu ortus; apparet honorem portio-  
rem; Moysi æquiparari contendit. Sufficiat vobis quia  
omnis multitudo sanctorum, & in ipsis est Dominus. Cur  
deuamini super populum Domini? Satis regnum est ò  
Moyses, sufficit Aaron: æqua nobis & vobis sanctitas,  
religioque, vt & imperemus: qua frone imperium  
vlupatis? Aduerrite tribus Leuiticæ fastum, quæ ad  
sublimem eucta gradum, altius euchi gestit. *Multum Num. 16.*  
magimini filij Leui. Num parum vobis est quod separauit  
vos Deus ut serviret ei in cultura tabernaculi, & stare-  
tu coram frequentia populi? ait Moyses.

Hester 1. Furcifer Macedo Amon in eadem superbiae  
regione agebat; Is omnibus honoribus, omni felici-  
tate potitus; ex humili & obscuro magnus, clarusque  
factus, homo bonus, exaltato eius solio super omnes  
Principes Regis Assueri; curialibus cunctis assurgen-  
tibus ipso, & prouè transuentem salutantibus; laborat  
tamen fame; nouos ambit honores: vult Mardochæ-  
um, aut cupitos sibi honores deferre prouum, aut au-  
lā exultare. *Et ipse caput egere:* Capitis apertio, hominis  
vnus genuflexio desiderabatur ad culmen beatitudi-  
nis eius; quicquid possidebat nihili ducebat, ni & hoc  
potiretur; adeò vt recensitis per ordinem omnibus  
quibus clarebat dixerit ad vxorem.

Hester 5. *Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere  
puto, quandiu video Mardochæum Iudeum sedentem  
ante fores regias.* Quanta famæ homini omnimodis  
honoribus venti! Quæta egestas illa omnibus afflu-  
entis! Sic miles, ambit vexilliferum fieri; hic, præfectu-  
ram; præfectoris Tribunatum; Tribunus Proregem  
creavit; si in regione superbiae & peccati sedem sibi  
constituerint.

**Vales l.8.** Plutarch tom. I mor. de tranquill. animi, circapri-  
cap. 14. pium. Ferunt magnum Alexandum, verè magnum &

inexplebilem, vbi multos Reges crebi d triumphasset,  
sui imperij iugum subire coegeret plurimas gentes,  
audientem aliquando Anaxarchum Philosopham

differenterem super pluralitate infinita mundotū, prout

à preceptorē Democrito accepérat, fleuisse ridentem,

**Petr. Boy.** dixisseq; : Me miserum, quod nec uno adhuc sum patitur;  
**steau tra-** Addunt alij innumeris fossoribus itum esse in regione  
éta de ex- terre, vt si quos inuenisset populus suo subegisset im-  
bominie. perio. An non rabida famis, & summae gestas arga-  
mentum in animo regio, cui cerutes diadematis  
Qu. 1. Me. graues, & manus sceptris quasi fascibus plene? Del-  
sumusmodi propriissimè dixeris: Postquam omnia con-  
sumasset, facta est fames valida in regione illa, & ipso  
capit egeretur.

Ifa. 5. Nobiles eius interierunt famae, & multitudo us-  
siti exaruit.

Ps. 3. Disuites eguerunt & esurierunt.

Ps. 38. Famen patientur ut canes.  
Ista est vere θλιψία; fames tam rabida, ut meteat  
annumerati proverbijs: Saguntina famae: famis Mel-  
teæ; ut etiam dicatur, fames Alexandrina. Talis en-  
nihil, tantæq; fuit, vt ab ea calamos absterre ne quo-  
rint Poëtæ, qui sale vrente eam impeterent. Iuca  
satyr. 10. ante medium:

\* Babylō- Vnus Pelles iuueni non sufficit orbis,  
nem forte Aestuar infelix angusto limine mundi,  
intelligit, Ut Gyare clausus scopulis, paruaq; Scribas:  
cuius mu Cum tamen \* à figulis municam intrauerit urbem  
ri cōstiles Sarcophago contentus erit.

Idem ibidem de Hannibale:  
dicuntur — Hic est quem non capit Africa Maure,  
apud Oui. Perfusa Oceano, Niloq; admodat penit,  
li. 4. Met. Rursus ad Aethiopum populos, altoq; elephanti  
Cocilib. Additur imperij Hispania, Pyreneum  
muris cia xisse semi ramis vr- Diduxit scopulos, & montem rupis accit.

Iam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit.  
 Actum, inquit, nihil est ni Peno milite portas  
 Frangimus. & media velum pona Subura.  
 Proverb. II. Rapiunt non sua. & semper in egestate  
 sunt.

1. Cor. 6. Tanquam nihil habentes & omnia possiden-  
 tes.

Gen. 41. Luculentem, & ad viuum certè exprimitur  
 rabida fames illa in Genesi, ubi describuitur septem  
 bous macilenta; horrendæ visu deuorasse septem ali-  
 as pinguissimas, nec ijs saturatas, pinguiores esse  
 etas. Vacca pinguis, capita populorum. Macilenta fonda Amos 4.  
 illæ, fame tabida, deuorato heri boue, hodie tauro, Inde & Eli-  
 desiguarunt forte Reges auidos, ceu vaccas inedia de- mos vol-  
 ficientes, qui orbem vniuersum absorbentes, hodie & solimia,  
 prouociarum vnam, cras regauim, nunquam satian. Q. D bo-  
 tur, saginatur, reum suarum terminis continentur? uina vel  
 Qui non obstante ditionum ditionibus adiectione vaccina  
 nouis ditionibus iahian? Qui vniuersa & plus possi, fames  
 dentes, pluribus habent opus?

7. Nec minor illa auarorum pectoribus, vanitate, & solimia  
 inanitateque iugiter laborantium Diuites dimisit in a morbus  
 non fecit tales Deus. Terra autem erat inanis equorum.  
 & vacua. Proptè, & praे omnibus famelici di. Luc. I.  
 contut auari. Auri sacra fames. Vbi quantum posse Gen. I.  
 sunt tantum ausi fuerint, laborarint, cursitarint, ut Vir. 3. &  
 omnia congerant, saturatine? Scilicet. Crescit amor neid.  
 nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Quo plus au- Inuenal.  
 geatur strues, eo plura in eam congerere nituntur. Satyr. 14.  
 Facta est fames valida in regione illa, & ipse ca-  
 pitegere. Aliquot aureorum millia desiderantur re-  
 plendo huic vel illi arcæ angulo vacuo: superest  
 marfupium exiguum quasi appendix ad ingentes lo-  
 culos ex corio ceti confertos, farciendum. Nun-  
 quam legitim Mydam Phrygum Tyrannum quan-  
 tumvis auro innantem, ut cetus Oceano, disegnus Ouid. 12.  
 miserque; cam gratiam ab hospite Apolline postulasse, Metam.  
 n' quicquid continget, siue terram, siue saxum,  
 & alia,

& alia, mira subitaque chemia in aurum transformatur? Ouid. II. Metam.

— ait, effice quicquid

*Corpo<sup>r</sup>e contigero, fuluum vertatur in aurum.*

Quam enormis fames? Λιμός τούτος, fames valida, ait textus. Quae huic pars famas? Atque aduentus optimè Christus addat, Et ipse caput egere. Ipse enim non saturandus Mydas caput egere, cibo & potu quo ad refectionem sumere gestiebat versis, transformatis, & quasi digestis in aurum suo attachu, petiebat fame. Ut concinnè eloquentia parens Christus paucis verbis ad viuum retulisse famem videtur, & quasi allusisse ad fabulam Midæ! ut exactè Poetarum fabulas memoria tenebat! ut Mythologum agebat, qui litteris operam non dederat! Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsum eius. Subabant autem omnes de his qua procedebat de ore Domini. Hinc demiror ingeniosam parabolaram elegantiam, quibus alludit ad scripta Doctiorum, tamque exactè exprimit famem & egestatem qua cruciantur venaces medijs in deliciarum uberum cumulis. Egestas canum non id est quod plurimi arbitrantur, opportunis scilicet carere, quam viri fortes tolerantia superante, ut in arenis Lybici lato; sed etiam potius dicunt paupertarem, cui abundantes falso iudicio perculsi succumbunt, ut auctos Mydas Phrygium Rex, qui dum omnia quæ tangebat iuxta votum venterentur in aurum, fame peribat. Putant fame & incidia perirenos se: ipsis oculi (ut aiunt) stomacho vastiores: cupidines ampliores, capacioresque arcis: plura concupiscentiae in usus diarios insumere queant, quam arce, & ædes capere. Horat. I. epist. 2. ad Lollium.

Semper auarus eget, certum voro pete finem.  
Idem. *Quis pauper? Auarus. Eluric torquentur coram cibis, eos attingere non audens, ne miquantur.*  
Publ. Mimus.

Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

Tantali sunt, non manducantes mensa apponunt, neque

CONCIO QVINTA.

323

neque bidentes medijs in fontibus.

Quarit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tanta-  
lus.

Job. 24. *Calcatis torcularibus sitiunt.*

Horat. l. i. *Satyra. 1.*

Tantulus à labris sitiens fugientia captat

Flumina; quidrides? Mutato nomine de se

Fabula narratur: congetis undique sacris

Indormis inhians, & tanquam parcere sacris

Cogeris, aut piatis tamquam gaudere tabellis.

A thesauris arcentur, ut manus prophanae à reli-  
qujs sacris similes damnatis, qui mensæ scirè instru-  
ctæ accumbentes, prohibentur manus ad fercula ex-  
tendere à maxima furiarum infernalium. Iusana enim  
avaria, fame rabida thesaurorum, prohibentur eos  
atingere in vsum, Virgil. 6. Aeneid. de Tantalo.

— *Lucent genialibus altis*

*Aurea fulcra toris: epilaque ante ora parate*

*Regisico luxu: furiarum maxima iuxta*

*Accubat. & manibus prohibet contingere mensas.*

Macrobius l. i. in somnium Scipionis cap. 10. Illos  
epulis ante ora positis excruciaris fame, & inedia tabescere  
veteres dixerunt, quos magis, magisque acquirendi deside-  
rium cogit presentem copiam non videre, & in affluentia  
inopis egostatis mala in ubertate patiuntur, nescientes  
parva respicere dum egent habendis.

Sunt ad instar Narcyssi vesani, qui sitim sedando,  
alteram excitat. Ouid. 3. Metam.

Dumque sitim sedare cupit, situs altera crescit.

Horat. l. 3. carm. Ode 24.

— *Scilicet improba*

*Crescunt diuitiae, fasnen*

*Curia nefcio quid semper abest rei.*

Ouid. i. Fastor. Verba Jani.

*Dum tergit summo vertice Roma Deos.*

*Creuerunt & opes, & opum furiosa libido.*

*Et cum possideant plurima, plura petunt.*

Hydropisi laborantes siti exacerbantur iugis, infic-  
Diogenes, & hunc sequuti prisci scriptores plurimi-  
plus

Stobaeus.

plus bibunt, plus sitiunt.

Ioao 4. Qui biberit aquam istam, adhuc sitiens  
cit Dominus. Ito. at 1.2. Oda 2.

Crescit et dulcens sibi dicens hydropsi,  
Nec sitiens pellit, nisi causa morbi  
Eugenit venis, & aquosus albo  
Corpore languor.

Idem 3. Carm. 16.

Crescenter sequitur cura pecuniam;  
Maiorumque famas.

Ouid. 1. Faſtorum.

Sic, quibus intumuit, suffusa ventre ab unda,  
Quo plus sunt porta, plus sitiuntur aquae.

Ouid. 13. Metam. in cæde Polydori.

Opes animi irritamen auari

Sunt vanae vndeque efficienii, nunquam oppletar;  
fit Plato, Archytas, Tarentius, & Lucretius.

Animi ingratiæ naturam pastere semper  
Atque explorare bonis rebus, satiarique nuptiam;  
Hoc, ut opinor, id est, aeo florente pueris  
Quod memorant laicæ pertusum congregatio rati;  
Quod tamen explicita nullaratione perestitui  
Lelianum, dolia.

Agg. 1.1. Qui mercedes congregauit, misit eas in factum pertusum.

Icrem 2. Foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatis,  
qua continere non valent aquas.

Sunt gurgites immensi: maria, quibus vectigal pe-  
dens flumina cuncta, nec unquam exandia.

Ecclesi 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non  
redundat.

Sunt Erisichthones, rabida fame scipios dicerpos  
devorantes, ac quo plura vorant, plus cliventes.

Ouid. 1.8. Metam.

Sic epulus omnes Erisichthonis ora prophanis  
Accipiunt, postquamque simul cibus omnium illi  
Causa cibi est: semper locus sit inanis edendo.

Job. 2.1. Dicitas quas deuoravit euomet, & de ventre  
suo extrahet eis Deus.

## CONCIO QVINTA.

223

Pamphagi vocari possunt huiusmodi auari, & pc. De his vi-  
tuniorum helluones.

Sunt aquile, & vultures inexplebiles, similes aqui  
le torquenti Prometheus; & vlturi discipenti incus  
sancte fecerit Tyti, vti sanguine Prisci, cuius palato nun  
quam rapacitas eximitur, deuores centum corda, cen-  
tum iecora, centum splenes die quolibet suo Tatio Ergis.  
diceat.

de Verg. L.

Aenei. &

Seruum

in eundem

H. sed in

Ergis.

Macrobi.

Sunt canes famelici, nouis fructis semper inhian  
tes: faucibus prementes carnis frustum, si nouæ pax  
dz in umbram in aquis viderint, in eam quoque irruunt.

libr. 1. 28

somn. Scie.

cap. 10.

Seneca Epist. 25. Vidiſſi aliquando canem frustula parvæ  
aperto ore capantem? Et quicquid acceperit protinus in-  
tegrum deuorat. Semper ad spem futuri habet. Idem eue-  
nit nobis: quicquid exspectantibus fortuna proiecit, id sine  
ulla voluptate dimittimus statim ad rapinam alterius e-  
rediti & attoniti, in Epicureorum iſtud haos incidimus,  
quod inane & sine termino est.

Æſop.

Anitophares in Pluto: Reliquarum rerum omnium  
satias est, amoris, panis, musica, belliorum, honoriis,  
placentarum, fortitudinis, caricarum, ambitionis, offa-  
militie, fabe: tui verè, ô Pluto, neminem unquam satie-  
tas cepit: sed ut quis tredecim talenta accipiat, sedecim  
andebat: & hac consequitus, quadraginta cupiet, aut  
vitam sibi acerbam esse dicet.

Martialis 12.

Fortuna dat multis nimis, satis nulli.  
Bias apud Ausonium:

— Quis pauper? Avarus.

Seneca in controv. citat:

Tam deest avaro quod habet, quam quod non  
habet.

Durus Ambroſius tom. 3. libr. 3. epift. ep. 1. egregiè  
offendit quis pauper, quis diues. Inſpiens, ait, & quod  
putas se habere, nequaquam possidet. An putas illum pos-  
sider, qui theſauro ſuo die ac nocte incubans auara & mi-  
ſeratur, queretur ſollicitudine? Ille vere eget, & ſi alij diues  
videtur; ſibi pauper eſt qui eo non vicitur quod habet,  
quia

quia adhuc alia rapit, alia desiderat. Vbi enim nullus di-  
piditati modus, qui fructus diuisiarum?

L. Apuleius apol. i. pro scipio: Nemo nostrum paupi-  
est, qui superuacanea nolit, poscit necessaria, quae natura  
oppido pauca sunt. Namque is plurimum habebit, qui mi-  
nimum desiderabit. Habet enim quantum voleat qui solle  
minimum. Et idcirco diuinitas non melius in fundo & fu-  
nere, quam in ipso hominis estimantur animo. Qui propter  
auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, mem-  
tibus auri satiabitur, sed semper aliquid ante partem ei-  
augeat, mendicabit.

Idem ibem. Philosophi non ultra volentes quam puz-  
rant, sed congruentibus desiderij: & facultatibus, ne m-  
ritoque dites & beati fuerunt. Pauper enim si appetendi

Euchè-  
rius in ep.  
paren.

8. Adhuc, quis inficietur lubricum & carnalem om-  
nibus complexis fame & egestate laborare? Dodet  
Eucherius exhortatione ad Valerianum ciuilis  
voluptates dicit indigentiam ipsam. Minus gula, &  
minus appetitur. Non audiuerit quispiam de pueris  
exquisiticissimæ formæ, eius visenda desiderio no te-  
nebitur. Ignorii nulla cupido. Voluntas non ferunt ini-  
cognitum, ferunt communiter: ast mox ut cam rident,  
atque obiter, geminat aspectus, oculisque in eum  
quasi anchora figit, Oculosque in virgine virg., anten-  
tus eam intuens, persuscit ignem quemadmodum ex cum  
in medullis suis exardescere. Minus accedit ad Ve-  
nerea, minus desiderantur ea: vt ideo concludant  
Theologi facilius virginis virginitatem ferunt, quam  
biuria continente: superest semper scintilla sub cime-  
ribus aliquando calefactis. Agnoscit venerei resurgit flâ-  
ma, atiebat biuria etate vernas; aptissima reaccende-  
dis flammis pristinis. Venereæ flamae sunt ad intârgi-  
nis fatui, qui aqua communis extingui nequit. Amo-  
ris potionis, sal sanguine sunt proximæ, ideo situm non  
sedant. An fore ideo prohibetur Venus spuma mari-  
narum, aquis Venereis crebro ie ingurgit antem: qui bi-  
berit ex aqua hac, sitiens iterum. Quam sententiam ex-  
posit

Virg. i.  
Æneid.

Ioan. 4.

ponit S. Thomas de diuitijs non solum, sed & de o-  
mni alio bono tempore, cuiusmodi carnis voluptas.  
Proverbia quibus fertur; Boli sunt fures: Ad libatum  
citio recurrit clurus caseum: Titio quondam accelsus,  
facile reaccenditur, hoc loco probantur verissima. Ut  
eius experimento videre est, luxatur, laxaturque cibi  
appetitia, adstricta mox gustato cibo; facilusque est  
in vespertum omni cibo abstinere, quam prælibato e-  
dulio desistere: ita fames blandatum voluptatum a-  
cuitur, irritaturque ijs prælibatis. Demiror, ceu Phœ-  
nicem luxuriosum ad meliora conuersum, de quo e-  
muntari queat, & cum gustasset noluit bibere; sed dixit: *Num. 21.*  
Nauseat anima nostra super cibo isto lenissimo. *Mors in 4 Reg 4.*  
*Eccle. 7.*

2. Reg 13. Impossibile rebatur Ammon potiri ample-  
ribus iotoris Thamar; quia virgo adhuc intemerata  
erat: eiusmodi enim delitiae Venerae neendum ipsi co-  
gnitæ nullam sui suscitabant in ea cupidinem. Nesci-  
tis Laudem non adeo reluctari ut Lucretia? Eius mali  
incrementa capit desiderium, quo plus exercitatio facti  
expletur: cibus omnis in illo, causa cibi est; satietate  
irritatur. Satisfactum votis meis ducerem si in formo-  
sam illam Helenam lumina figere daretur. verum, in-  
tuetur eam semel & iterum; atque quo magis, eo au-  
dius: plus videt, plus videre, & oculos ipsius affixos  
speciei uperet. *Explorimentem nequit, ardescitque tueri.* *Virg. 1.*  
*Non satiatur oculus visu.* Huius deinde desiderij ex-  
pletio, alterum suscitat. Ea enim visa, miscere collo-  
quia cum naturæ miraculo illo, uti prædicat, gestit.  
Colloquuntur semel & tertio; & ecce tibi, facie formâ,  
& sermonis venustate prægrandis labefactatio in mé-  
te. *Virg. 4. Æneid.*

— hærent infixi pectore vultus,  
Verbagi, nec placidam membris dat cura quietem.

*Jam eclog 8. Bucol.*  
Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

*Eccle. 1. Non satiatur auris auditu.*

Complectis sermonibus ingruit acrior fames regio-

P P ni

ni peccatoris: optaret labris eius vernambibus fia-  
via blanda imprimere; hac vice dunterat. Of-  
fertur me osculo oris sui? Ab uno ad alterum tra-  
ingeminat, repetit. Dabit amplexus, atque oscula-  
tia fitget. Rarus ea ratione se expletum in, incidi-  
lum: ecce tibi dira famæ in regione eius.

*Cant. 1.**Vir. 1. En.**Virgil. 1. 3.**Georg.**Ioan. 4.**Iudic. 14.**Prou. 6.**Virgil. 4.**Aeneid.**Luit. 26. Comedetis;**& non saturabimini.**Ogen.*

## CONCIO QVINTA.

二三七

**14.** Comedent & non saturabuntur;  
Ibidem. Fornicatis sunt, & non cessauerunt, id est, non  
cessabunt.

**Agxiij.** Seminatis multum, & intulisti parum: comediisti. & non es tu satiatus: bibisti, & non es tu inebriatus: operisti vos, & non es tu calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.

*Eccl. 23. Homini fornicario omnis panis dulcis; non  
satigiar transgrediens usque in finem.*

*Diuis Hieronymus ad Damasum pag 2. tractat. 2.  
epist. 15. Semper voluptas famem sui habet, & transacta  
non satiat.*

*D. Ambrosius l. 7. in Lucæ c. 15. Nihil prodigi satie  
voluptatis: semper famem patitur sui, qui alimentis per-  
petuus nescit voluptati.*

D. Bero. in declamat *Sanguisuge* (propriae scilicet voluntatis) duas sunt insatiables filia, clamantes, affer, affer. Siquidem nec animus vanitate, nec voluntate contumaciam, astatuendo.

Divus GGregorius Nazianzenus Epist. ad Basilium,  
Tantali fabulam eleganter detorquet, ad huius  
mundi delitias, que nunquam expletu[m] animum  
raptantes, inquit, πνεύμα καὶ ταῦτα διέφερεν εἰς οὐ-  
τοὺς ἀλλούς τεκνάντων καὶ ἄποφορον πανδεσμόν.  
Id est: Tan-  
taly & execrabilis sitientes in aquis miserandam illam  
et nibil alimonia conferentem pandisiam. πανδεσμόν  
Greci vocant conuiuum ex omni genere delitiarum  
apparatum

Aristotelis t. Ethic. Voluptatum appetitus insatiabilis est; studio undique affluit: & exequitio libidinum innatam cupidinem exaugerit. Quin etiam si magne sum & vehementes, mentem e suo statu dimouem.

Nunquam legitissimæ quæ de Messalina Claudij Tiberij vxore, & Britannici matre, totius feminæ se-  
rux dedecore scripsit Iuuenalis, nimirum eam a-  
liquando lassatam viris, sed non satiatam?

Juuenal. satyra 6.

Et laffata viris nunquam satietata quiescit.

Vel ut alij legunt.

De laffata quidem, sed non satietata recessit.

*De hac* Fuit haec Imperatrix tam impudentis libidinis, ut pro vide Sex- uocat ad lecti palæstram vnam ex ancillis que- tum *An-* retricio queſtu victum sibi queſtitabat. *relium* & *Oſcez* 4. Fornicati sunt & non ceſſauerunt, id eſta Plin. l 29. ceſſabunt.

*Quint l.* Optimè, inquit D Hieronymus, quoniam illa vni- 12. instit. in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non cap. II. de quiescit: huc, desiderium ardeſcit, vt habet Glosa in- Domitio linearis. Deficiunt, non definiunt: deseruntur non de- Afro. serunt.

D. Anthonius Paduanus concio. in hanc paras. De- ficiunt illa nobis, aut nos ipsis.

*Ioan. 4.* Ita Samaritana, forte rugosa & cana, vibri- ros quoque habuisset sextum domi ſouet ganecon. Nonne argumentū, plus desiderari Veneres, quo cir- brius fuerint iterata?

*Prouer. 30.* Tria ſunt infaturabilia, & quoniam quod nunquā dicit, ſufficit: infernus. & os value. Et tunc quod non ſatiatur: ignis verò nunquā dicit, ſufficit.

*Virgil. eclog. 3. Bucol.* Clandite iam riuos pueri, ſe- prata biberunt; in veneſeis non habet locum.

*Salsa* ſunt carnis voluptrates, vei mox dicebamus, vnde ſalacitatis. ſuntque quaſi irritamenta vini, que ſo- ſatiant; ſed eo acris appetitum irritant, quo ſepiuſ iterata.

Naturæ à ſecretis, magnus Aristoteles, dicit quod loco, libidini affuetos infirmati, ſi quando mihi ſi- ciant exercitium, forte quia natura iam affuefacta et ſordes corporis & ſuperflua alimenti per illos meatus emittere, paulatim que cæteri meatus occcludentur: adeo ut dici poſſint famelici, ſummo Venereorū deſiderio non ſolum flagrantibus, ſed & eorum penuria, & neceſſitate laborantes. Et ipſe capiſt egere. facta ſunt ei vitia quaſi naturalia. En aduertitis famem & ino- piam lubricorum.

9. Atat, existimatis idem non deprehendi in regio-  
ne rancidorum, & vindictæ implacabiliter cupidiorum? Contumelijs omnigenis in furoris sui obiectum  
iactis, noua incessit libido cædendi, vulnerandi, muti-  
landi: cæsis & fauciatis hostibus, ad cachinnos, sub-  
fannationes, iocos, deueniunt; quomodo ad Christū  
in ligno debita nostra Patri æterno pendentem se lu-  
dei habuerunt; & Achilles ad Hectorem. Virgiliius  
1. Aeneid.

Ter circum Iliacos rapt auerat Hectora muros,  
Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.  
Virg. 2. Aeneid.

— Referes ergo hac, & nuntius ibis  
Pelida genitor, illi mea tristia facta,  
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento,  
aut Pyrthus ad Regem Priamum hostem. idem:  
— En tellus, & quam bello Troiano petisti,  
Italiam metire iacens;  
iactabat Italus in Trojanum cæsum.

Potens nostri seculi Monarcha, vultu sereno & a-  
laci intuetur capita cæsorum Principum binorum,  
suorum clientum (vti quodam Ciceronis caput Mar-  
cus Antonius) corpora igne cremat; cineres aere spar-  
sos ventis commendat. Quid non molitur atrox cho-  
letra, vindictæque passio? Magnatorum animos vbi  
occuparit, à ratione prorsus luxat, pulso omni pu-  
dore. Herodiade nata cultro petit sacrum Baptiste  
caput epulii illatum, eius iniqua cæde non satura-  
ta. Fulvia Marci Anthonij vxor, impedit auream  
Tullij decollati lingiam. Tullia equorum yngulis  
& petroti rotis conculcat patris exanime corpus,  
non contenta classico fuisse viro, vt particidium e-  
norme patraret. Explera fame rabida cædis pater-  
ez, suboritur noua concuicandi exangue cædaueret  
horrenda libido. De ebrioso nihil adducam: norunt  
omnes, pulsâ siti, denuò sticulosum; norunt inex-  
pleibilem. Neque verò concionis huius stamen ulce-  
rius pretendere auct animus: succidam ipsum mox  
vii Marci Aurelij Imperatoris philosophantis, aut ma-

*Tit Liu;*  
*dec. I. l. I.*

gis Philosophi imperantis iudicium & confessionem intexuero. Quod expertus, inquit, ingenuè fateretur, probro meo licet, ast forte posteris vtile. Anon quinquaginta quos in viuis degi, tentare libuitrix præsentis vitia cuncta, si qua ratione malitia humana expleri queat. Prælibatis omnibus, competi dimore me fame torqueri, quo pluraedo; asperiore friduexari, quo magis bibo: quo diutius dormio, eonmagis somnum appeto: diutius requiem capto, magis labore lassus: plura possideo, plura concupio: plura quero, pauciora inuenio. Denique possedivinum nihil, quod animum non intricarit; mox alis inquietum. Huc usque M. Antonius. Magous ille Monophorum antesignanus Salomon, nonne id ipsum dilecide in Ecclesiaste, reuersus in regiom serente metis, à longa profecitione amentia.

*Eccles. 2.* Omnia que desiderauerunt oculi mei, inquit, non negauit eis, nec prædictum meum quin omni voluntate fueretur. Et oblixi sibi etiamque preparaueram. Eadificaui mibi domos, et plantavi vineas, feci hortos & pomaria, et consecuimus generis arboribus; his æquiparandæ non sunt Seminariis areæ. Feci mihi cantores, & cantatrices, & deliciis filiorum hominum, quibus animum mastum lessim; utque ad sonum lyrae requiem captarem, ut Pythagorici: ac tandem reperi in omnibus vanitatem & inquietutem.

*Eccles. 1.* In omnibus vanitas, & afflictio spiritu. Id est, vniuersa ista satiare non queunt animum humanum, ut nec vento, aut aere solidè repletur vacuum. Nonne ibi sententia, & iudicium Monarcharum geminorum, potentissimorum & sapientissimorum Regum omnium, quo aperte concluditur peccatorum ubi omnia consumpsit, exigitur, dixerit, fecerit, adhuc egere, & fame laborare? An non hoc ipsum quod Christus Salomone sapientior, in hac nostra tabola, Et postquam omnia consummasse, saitae fame validæ in regione illa. & ipse caper egerit.

*Pro. 13.* Venter impiorum insaturabilis.

Eccl.

Eccles 40. Fames, & contritio, & flagella super im-  
piorum.

Isa. 9. Declinabit ad dexteram & esueriet, & comedet  
ad sinistram & non saturabitur.

Ierem. 2. Et vani facti sunt.

Cic. l. Tusc. initio: Animus eger, ut ait Ennius, sem-  
per errat; neq; pati, neque perpeti potest, cupere nunquam  
desinit.

Calixtus Placent. in hanc parab. p. 2. Delectationum  
inopia non probatur, nisi cum delectabilium copia suppe-  
tit. Nam eorum defectus & priuatio appetitum non exci-  
tat, sed eorum abundantia inflamat.

D. Thom. 1.2. q. 2. a. 1. ad 3. Diuitiae & quecumq; bona  
temporalia quando iam habentur, ipsa contemnuntur, &  
alia appetuntur secundum id quod significatur Ioan 4. cū  
Dominus dicit: Qui bibit ex hac aqua, per quam tempo-  
ralia significantur, sis et iterum: & hoc ideo quia eorum  
insufficiencia magis cognoscitur cum non habeatur: & id-  
eo hoc ipsum ostendit eorum imperfectionem, & quod in eis  
sumnum bonum non consistit.

In meo iudicio fainem optimè enucleatam, gratia  
Deo: superesset, si per vos licaret, perscrutari, qui nul-  
lis rebus expleri queat animus humanus: ast veritus  
ne vestra abutar humanitate, & fame hac ad nauseam  
usque vos satiem; ne quoque famelicus ego, & plus  
nimio videar cupidus edifferendi cuncta simul & se-  
mel, per otium digeratis nunc vobis apposita, dum  
in crastinum paro noua fercula; & nunc dira meæ  
fami, summæque cupidini edicendi hodie pro-  
posita impero, & tempero in lucem  
sequentem. Jte in pace.



## CONCIO SEXTA.

*Græca.* 4.14 δακτανίας οὐτε δέ σερῦ πάντα, τινὲς δέ  
ἰσχυρός κατὰ τὸν χέρα πενίλιον, καὶ αὐτὸις  
ὑπερβοῶσι.

*Vulgata.* 4.14. Et postquam omnia consummasset, fuit  
est fames valida in regione illa, & ipse caput te-  
gere.

*Syriaca.* 4.14. Quumq[ue] consumpsisset quicquid habebat, fuit  
fames magna in regione illa, & caput egere.

## ARGUMENTVM.

1. Infirmantur animi, uti & corpora, 2. origo fami-  
insatiabilis animorum ex eo quod creaturae non sunt  
eius finis, 3. Deus solus eius proprius cibus, 4. N-  
detur triangularis animus, 5. Amplius enim & ce-  
pax, 6. intellectus & voluntas actus sunt, 7. A-  
num nostri calestes, 8. Non patitur natura vacua,  
nequeunt concupiscentia, 10. Applicari  
naturaliter in spiritualia, 11. corporeae non agere  
multus deuorantur diuitiae, 14. Ex ratione ponit  
Deus cupidos, 15. Discursus super alijs generibus  
famis, 16. Hæretici qui quoq[ue] famelici, 17. Ordo  
sive regimen istiusmodi famelici.

1. Extra omnem aleam est, Auditores, animo hu-  
mano morbos esse, ut & corpori; quin plates,  
perniciose resque: de quorum curatione nullatenus  
desperandum, uti nec corporis. Qui enim credibile  
fit

sicutanum, qui corpori ægro remedia adinuenit, se ipsum illatenus curare non posse? Qui probari potest, Cicero l.  
at Philosophus quidam, ut sibi medori animus non pos- 3. Tuscul.  
sit, cum ipse medicinam corporis animus inueniret? Mo-  
mento licet non conualeat ab infirmitate animus, vti  
nec corpora? Porro, vti morbis corporis benè notis,  
quoad existentiam, eorum explorat ante omnia ori-  
giem & radicem medicus prudens; ita animi disfo-  
laturam compaginem obseruare & scrutari expedit de-  
prehensa eius infirmitate, vt sanetur. Concione he-  
sterna imposuimus vinali discretionis totius orbis  
status, signanter superborum, avarorum, libidinoso-  
rum; arteriae pulsūm explorauimus, ac certò certius  
egos deprehendimus, necnon & stuaute siti, fameque  
indicibili laborantes. Ut itaque malo succurratur  
(quid enim ardenter queam expertere quam pecca-  
torum conualecentiam? Nolo mortem peccatorie, sed  
magis vt conuerterur & viuat:) opere pretium nunc  
immoderati appetitus, insatiabilisque fontem inda-  
gare: ex huius enim indicio, vt aiunt medici facile in-  
ueniantur medicamina congrua, aut constituant or-  
do seruandus vt conualeant. Nam vt medici causa  
morbi inuenia, curationem esse inuentam purant: sic nos  
causa agitudinis reperta medendi facultatem reperi-  
mus, ait sapienter Cicero.

Hoc erit nobis huiuscē concionis argumentum;  
quo euoluto, de alia quoque fame dicemus; deinde vt  
ab immodica sitis vexatione tuti sitis diatam & mo-  
dum præscribemus. Si verò vt Galenum, qui corporis  
nostrī compositionem dispositionemque perlustrat  
tudo, & nobis constitutā viuendi institutum, ab Ori-  
ente in Occidentem querimus, vt corpori huic necel-  
lari morituro, non nullorum dierum vitæ respiratio-  
nem addamus: quanto magis operæ pretium fuerit in-  
tendere attentè sermonibus, quibus animorum no-  
strorum status deuius, deuiationis origo, modus re-  
stituendi in eum pristinum gradum, vt æternum vi-  
vere queant beati, innotescant, ipsi videritis. Verum  
Pp 5 Dei

A V E M A R I A .

2. Deprehendo, Auditores, inexpibilem illam-  
quiditatem quâ laboramus, obtenta in speciem bono-  
rum omnium copia, à diversis causis ortum duce-  
re. Primo, quod animi nostri in finem sublimiorē  
sint creati, quam sint creature omnes simul sump-  
tum: quem siem donec assēquuti fuerint, quiescere na-  
valent: haud secus ac lapis donec ad centrum per-  
uenierit, non quiescit; ad quod demissus vltius  
non tendit. Constituatur in acre, in igne, in aqua  
lapis, appetet alium locum, quia ibi non est ipso  
centrum, ad quod si pertingat, hæredit, subficit:  
quod ocyus, contentus, quasi peregrinus in natale lo-  
cum reuersus. In quem verò finem creatur homi  
Paucis; ut Deum cognosceret, intelligeret, amare,  
coquè frueretur.

Laetant.lib.7.instit.cap.6. Idcirco factus est mundus  
ut nascamur: ideo nascimur, ut agnoscamus fatigum  
mundi, ac nostri Deum: ideo agnoscimus ut colamus id-  
eo colimus, ut immortalitatem pro laborum mercita-  
piamus.

Idem ibidem cap.5. Ut esset qui opera Dei intelligi-  
ret, qui prouidentiam disponendi, rationem facundi, sa-  
tutem consummandi, & sensu admirari & voce prolaqui  
posset.

Idem de ira Dei cap.14. Sicut mundum propter homi-  
nem machinatus est Deus, ita ipsum propter se tanquam  
diuini templi Antistitom spectatorem operum, rurumque  
caelatum.

Magister in 2.dist.1. § D. Fecit Deus rationalium crea-  
turam, qua sumnum bonum intelligeret, & intelligenda  
amaret, & amando possideret, & possidente frueretur.  
Non potissimum ut solem intueretur; & volebat quidam  
thraso Philosophicus; non ut catetis animanti-  
bus imperitaret; ut canit Poeta. Ouid.i.Metam.

— Ut dominari in catena posset.

Sed ut in Deum tenderet, in eoque quiesceret. Ut autem res in solo suo centro quiescit; nihilque contentum est, donec prescriptum finem adipiscatur: graditur enim iugiter Jerosolymitani peregrini, quoad in sanctam peruerentur ciuitatem, & loca sacra: studijs totus incumbit Philosophus, quoad scientiam obtineat: properat assidue sol, donec ab Oriente in Occidentem perueniat; hic infernus noster ignis sursum tendit, usquequo attingat elementarem, sibi coquatum; fluunt sinuosissimes donec in Oceanum cui sunt tributarij, denoluantur. Naturaliter res quocunq[ue] ad suum inclinat finem, quo habito in eo quiescit, inquit Philosophus: ita homo, in eum creatus finem ut Deum agnoscat, amet, in eoq[ue] quiescat, creaturis solummodo ut carnibus & ducibus ad Deum viens; iugi premeter fame animus humanus, rerum omnium redundet affluentia licet, quoad fruatur Deo, centro suo, & fine vero. Id est quod doctissime scribit D. Augustinus in tractacitate Dei, & varijs locis suorum diuinorum scriptorum adstruit.

D. Aug. to. i initio lib. 2, confess. *Fecisti me Domine ad te, & inquietum est cor meum, donec requiescat in se.*

Idem soliloq. cap. 13. *Omnis copia que non est Deus, mihi est egitas.*

Ibidem. *Hoc confiteor, hoc scio Domine Deus meus, qua ubicumq[ue] sum sine te, male mihi est prater te: non somnum extra me, sed etiam in me.*

Idem ibidem: *Facta est mihi abundantia laboriosa, Egitas copiosa, dum aliud & aliud sequebar, & à nullo implebar, cum non in me inueniebam te.*

Simon Cassianus l. 6 c. 16 in illud: *Capit egere: Insatiabile est mala voluntas, & semper egestatisibus subiacet ad egena conuersa, quibus non repletur, nisi cum capax fassuerit Deitatis.*

Luc. 10. *Vnum est necessarium,*  
Deus solus centrum est, & desiderium hominis; bonum summum, in se continens omnia bona: decorum, vnde, delectabile; bonum omnis boni bonum, & quo omnia sunt bona.

D. Bonav. in l. dist. 1.

**Exod. 32.** *Ostendam tibi omne bonum: Aliud ab hoc bonum expletat nunquam appetitum rationalem.*

**Solus De'** 3. Arbitror quoq; oriri ab inconvenientia impro-  
**animorū** prietate'ue omnium creatorum, nutriendi animum.  
**nostrorū** Cuique viuenti proprium est alimento: arboibus  
**cibus.** est humus, eiusque humor: sensitiuis, terzæ frumenti  
11. plurimum, quibusdam hæ, alijs istæ: equus & bos pa-  
**\* Plin. l.** lea, fenoque pascuntur: Chameleon aura; *Quod ven-*  
**19.ca. 67.** *tis animal nutritur & aura.* Struthio, ferro: porci,  
**§ Plinius** glandine: canis, ossibus: \* Salamandra, & §. Pitzides  
**lib. II.** Fortæ di- Cypræ, igne: aranci, veneno: lupi, carnis; serpentes,  
cenda Py- terra; ac consequenter cuique speciei peculiare ch-  
raustes. rafolum; vt si equo apposueris ossa, cani paleas, occi-  
**Gen. 3.** trum pascas, quod eorum speciei incongrua sunt ali-  
**\* Plin. l.** menta. Cuique animali proprius est potus: camelis, &  
**8.c.17.** qua turbida, inquit \* Plinius: ceruis, fontes limpidi.  
Homo verò constans corpore animali, proprium habet cibum, vt & animantia cæcera, corpori, panem: et autem compositus animo rationali, alium habet cibum, quem habent creature aliae ipsi similes secundum animum. Non in solo pane vivit homo. Equo cibo aluntur creature illæ homini quoad animum similes? Ego cibo inuisibilis & potu, qui ab hominibus vivere non potest, vix, infit Anglus Raphael ad Tobiam. Ego sum panis vivus. Hac est via eterna, cognoscant te solum Deum, & quem misissi Iesum Christum, ait Christus.

1. Angelorum inuisibilis cibus, Deus; qui & proprius animi rationalis; quod sic probo. Alimento founte calor vitalis corporis animalis: founte, alique Deus in nobis ignem charitatis; amorem nostrum in se nutrit, quo magis agnoscendum se exhibet, vt bonum; quo familiarius nobiscum agit, a qua conuersatione profuit amor; quo magis beneficium in nos se commonstrat: ergo est naturalis animi cibus. Deinde, proprium animalis alimento est, cuius parentia ipsum deficit: animus ne momento quidem vivit, nec subsistit sine Deo: hinc apud Iocum dicitur *Panis quotidianus*; apud Marchæum, *superficie-*

11.  
**Luc. 11.**

**Matt. 6.**

## CONCIO SEXTA.

237

*Antialis: igitur Deus animæ proprius cibus. Gratiae Vide D.*  
*vita animo prouenit à Deo: quin essentia vita conser-* Aug. c. 25.  
*vatur à Deo, ut corporis sustentatur vita, pane. Hoc mi-* 26. 27.  
*nistratio Dei si auferatur, interibunt Angelim ali, ait S. Enchirid.*

Augustinus: ergo potiori ratione est Deus animi vera  
 esca & fulcrum. Amore incorporatur Deo animus,  
 eum sibi vniendo, ut corpus proprium cibum esu: est  
 itaque Deus animæ cibus naturalis; cetera omnia,  
 improprius. Porro, quemadmodum equo non sit sa-  
 tis si ossium plastrum praesepio immiseris; neque ca-  
 ni si amplum pratum fæni assignaris; quia ossa equo  
 cibus non proprius, & fænum cani: ita hominis mens  
 non satiaabitur vñquam re aliqua creata, quia nulla  
 ipsi cibus proprius, ast solus verus Deus. *vñsum est ne.* Luc. 10.

*Cani dat paleas, asino ossa. Sustentari nequit*

*aura superbus, ut Chamelæon: auarus ferro, auro,*

*argento, ceteris metallis, ut struthio, libidinosus,*

*amoris flammis, ut salamandra, aut aquis turbidis ut*

*cameli, liuidus, veneno, ut araneus: Qui solito cibo non*

*vejuntur, perinde afficiuntur, ac si nullum penitus ca-*

*pient, infit Aristoteles.*

*Arist. sect.*

4. An forte à figura, in qua singi potest animus no- 28. probl.  
 ster creatus id initium sumat? Etenim videtur animus q. i.  
 noster, parua Trinacria, parua Ægyptus triangularis: 14.  
 similis videtur litteris priscis, dictis σιλη, complicatis  
 in formam triangularem; aut similis ΔΩλα triangu-  
 lař Græcorum: est enim essentia tribus facultatibus  
 decora, intellectu, voluntate, memoria, trinos angulos  
 constituentibus. Nulla vero sphærica figura repleri  
 potest triangulus, quin prominentes anguli persistent  
 inanies. Quis autem ambiat mundum orbicularem?  
 Hinc antiquis dictus es orbis, globus: Est enim vniuersa  
 terra globus, volubilis manu Dei: est mare corona,  
 qua cingitur terra; ideoq; maioribus nostris dictum  
 Amphitrite: Cæli omnes sunt sphaerae & circuli am-  
 bientes, cingentes uero terram & mare, ut corpore clau-  
 ditur cor, & putamine luteum oui. *Aspectus earum, & Ezech,*  
*opera, quasi sit rotæ in medio rotæ. O egregium globum,*  
*totam terram, mare totum, quia cæli, vasti & nume-*  
*rosi!*

ros! Verum globus iste, utique sphæricus, expletus, non plere que nequit animum, licet prægrandis, quod triangulare fingimus. Tocumq; animi nostri ab aliis aream expiere non possunt. Potest animus noſter nico angulo, intellectu, plura comprehendere, intelligere que (ea est eius amplitudo) quam mundum lojuim: potest ſibi fingere & imaginari cum Alexander, innumeratos: duobus alijs angulis plura velle, remoratque potest, quam habuerit inquam mundum. Quibus ergo repleatur animi nostri inuitas, hancra nou patitur vacuum? Qui trianguli aream valde pleram, triangulum alterum superponit opunt.

**Nihil Deo** Magnus itaque Deus ille, unus essentia, triplex perfonnis, sancta Vitas Trinitas apertissime quadruplicando animo humano. Citra hunc Deum inutile. **inferius** vacuus stabit æternum, fame & penuria laborant. **humani** Ita est fames valida &c.

**animia-**

**byllum**

**pleret.**

**I. v.** 5. Adhæc, licet animus noster vere triangulatus

**Tit. Liu.** non sit, adeoque impletus non valens figura sphærica,

**dec. 1. l. 7.** non potest artamen inficiari tanta amplitudinis, capi-

**Valer. l. 5.** pacitatis ué, ut nihil Deo inferius cam plenè occipere

**r. 9. Laet.** queat. pse est vorago Romana, aut \* Phrygia, que

**l. 3. inflit.** non opplerut nisi te prægrandi. Arque repleas ad

**c. 12.** mensuram & proportionem recipientis hoc regni

**Hiflor.** concinnetur oportet; non excedat limites, aut a ca-

**prod. tom.** proclitate deficiat. Non iniicitur vasis angusto mate-

**1 c. 13.** vastum siphunculo, quod tentare videbatur pue.

**\* tobau.** Augustino apparet: neque guttulis pauculis opple-

**Serm. 1. ex** tur ingens sinus, multorum fluiorium capax.

**Stobae.** Paginæ vaginae ensis inferas; cubitalis pygmae peccatum

**2. Reg. 17.** Hæculis calceo; vini fæstertium dolio; gigante

galeæ Goliah, Dauidem; et cœventri gobiionem;

**Ene. 14.** lephantum stomacho muscam; ast non impleas, quia

nulla proportio symmetriae, alterius ad alterum.

**Ad hæc locutus est.** Animus quoque nostrum subiectus

cuncta creata, ast nullo eorum applicatur stomachus

eius, creat tantæ capacitatib; que ut deideratur

comprehendendo incomprehensibili, infinito que-

cum-

tuncta illa enim finita sunt; animus capacitatis pendit infinite. Sit mundus torus in hominis mente, accedant mille mundi, supererit locus. Et adhuc locus est. Orbis vniuersus tumidiorem non suscitabit stramam ipsi, quam granum sinapis elephanti ventri, aut mus montis antro.

D. Augustinus lib. de spiritu & anima: Tanta dignitatis est humana natura conditio, ut nullum bonum terrenum ei sufficere possit.

Idem alibi: Ad imaginem Dei facta est anima rationalis; ceteris omnibus occupari potest, repleti non potest. Animam Dei caputem nihil minus DEO implere potest.

Simon Cassia. l. 6. c. 16. de parab. Saluat. Infatibilis est mala voluntas, & semper egestatibus subiacet ad egena conuersa, quibus non repletur, nisi cum capax fuerit fada Dentatis. Nobilitas & latitudo animi est, quod &c.

Idem ibidem: Iusto Dei iudicio agitur ut recedens a satiabilibus, impotentia saturandi multetur, & quod semper egeat inordinata voluntas, qua in potestate habuit, unde egeri non posset.

Deus solum cui etiam perfecte replet:

Virgil ecloga 3. Bucolic.

—Iouis omnia plena.

Isa. 6. Plena orat omnis terra Maiestate eius.

Virgilius 6. Aeneid.

—Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus.

Meus agitat molem.

Dei gratia hominem replet:

Luc. 1. Augratisa plena.

Spiritus sanctus replet mentes.

Luc 1. Spiritus sancto replebitur ex utero matris sue.

Actorum 2. Repleti sunt omnes Spiritu sancto.

Quicquid Deus non est, vacuum relinquit aliquod spatum.

Psal. 103. Aperierte te manum tuam omnia implebitur bonitate.

Philipp. 4. Deus autem impleat omne desiderium vestrum.

Quæ.

Quærat itaque Deum qui repleti cupit, & eximis  
fame insatiabili. Ecce habetis genuinam dietam am-  
mo infirmorum, famelicorumque.

v.  
6. Præterea : an forte id ipsum proueniat à mis-  
tæ  
peneque infinita actuositate intellectus & voluntatis  
humanorum? Nil enim tam infinitum infinitata  
acta & apparenti, quin multo plura capere & imagi-  
nari queat mens humana. *Suffice celum, & numerus gal-*  
*Gen. 15.* *las, si potes. ut siderum initio est numerus?* Solus  
*Psal. 146.* *Deus, qui numerat multitudinem stellarum, & omnia*  
*eis nomina vocat, qui arenam maris receperat, vident  
campi gramina, & nemorum folia numerosa. Nihil  
minus infinita videantur nobis licet, potest actuosa-  
te sua intellectus humanus, intelligere, imaginari, ex-  
istimare multo plura sidera firmamento affixa; nume-  
rosum arenam maris vberiora gramina campis pla-  
ra folia sylvatum. Omnis finito potest manus affinari.*

*Similiter, affectus, voluntas, amor velit quid ini-  
nities, aut plura prope infinita, nec ideo limitacutus  
quoniam possit velle, amare, cupere illud amplius, aut  
plura. Affectio potest se extendere scimus estimatis, in-  
quiunt Philosophi. Quapropter ubi Poëta quidam  
dixisset, diuitiarum amorem ad sumnum peruenie-  
gradum, sapienter addidit vix, clausum restringen-  
tem: dicens, vix ultra amorem illum progredi posse:  
non audens adstruere, non posse: potest quidem o-  
ua sumere incrementa.*

Ouid. i. Fastorum:

*Tempore crevit amor quinunc e'il summus habebit.  
Vix ultra quo iam progrediarur habebit.  
Non dixit, non ultra &c. Cum verius & quæ patet  
tur hoc vel illud. Quid autem eorum quæ possidu-  
mus nil nos explore queat, procedit ex eo quod plura  
credere, imaginari, amare, cogitare in omnibus  
queat: (ut fileam Phycorum sive anatomiarum  
rationem qui dicunt inde oriri quod cor humanum  
Pyramidalis sit formæ, super qua regè quelcum mun-  
dus sphæricus) ut & intellectus per cogitare & intel-  
lectum transit ad intelligentiam aliorum; & ei proprie-*

## CONCIO SEXTA.

245

ditione eudenti intelligit incognitam:

Vt dilatatur memoria, non tam haustis fontis Bæotici vndis, vt scribit Plinius, quam requie & fede multorum, edificandis nostris & alienis: ast; quæ quo plura comprehendit, eo fit capacior: ita voluntas, magis vult aliquid, magis vult velle: & quo plura amat, copius palatur in suis amoribus.

Aibirre quoq; diuersitatem loci ortus nostri animi & teneorū causæ esse. Domestica, & patria nostra orta iudicamus meliora, pulchriora q; exteris; patriæ amore corda demulcent adeo, vt natalis soli pectora videatur præstare exteris opibus. Delectatur magis Vlysses famis patrijs, quam omnigenis delitijs in domo Circes.

Cas t quida m:

—Optat Vlysses,

Fursum de patrijs posse videre foci.

Cicer. i. de Orato. dicit Ithacam in asperrimis faxulis tanquam nudulum affixam, immortalitatib; ab Vlyssante positam.

Suum nidus cuique magnus.

Prou. Patria sal pluris faciūdus est, quā hospitis mēsa.

Suum cuique pulchrum.

Ouid. i. de Ponto cle. 4.

Cum bene sint clausæ cauea Pandione nata,

Nititur in sylvas que que redire suas.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos

Ducit, & immemores non finit esse sui.

Virgilius 4. Æneidos, vox Æneæ ad Didonem:

Me si fata mei patarentur ducere vitam

Auspicijs, & sponte meas componere curas;

Vrbs Troianas primum, Ducere que meorum

Relliquias colerem, & Priami tæta alta manerent. Gen. hō.

Corporis humani locus ortus, terræ pagus est Car. 9. in Euā. na proprius locus, terra est. infit S. Greg. vera verò genui gel.

naque animi patria & vrbs cœlū est. Olli cœlestis origo;

Divina particula aure, dicitur Poetis: atque animus est propriè qui amat. Porro scientia, honores mun-

Qq

dani,

V. 1.

VII.

dani, opes, voluptates terrenæ, forte sunt aliquid, sed ruri terræ illatum: non sunt cœli, patriæ que animo nostri fructus: quapropter possideat animus nobis bona illa mundana licet, nō continebitur istius sortibus. Enimvero, velit nolit, clinatione naturali fertur in desiderium cœlestium, dicitque: Præstant omnibus natalis nostri cœli, bona. Enim fames que; & cœstas copioſa.

VIII. 8. Fit etiam à natura non admittente vacuum, et sententia Aristotelis: quod adeo horret, ut præceptum ordinem quædam p̄ficit, ne ipsum pattingat. Si caule fonti iniecto aerem inclusionem detrahens; non ferens natura inter fontē & os in caule vacuum, lymphas pellit per caulem sursum, sicut in altitudinem cubitalem, & amplius oblitus, quamdiu subsequenteribus inuicem illis, non patitur, fluent infinitè per caulem attrahentes, quod vispiraminiſ repelluntur, repleto vacuo noscatur. Tubus est hominis mens, qui vacuum necit: repleatur aut soliditate amoris Dei, aut autra amorem mundanum oportet: amore autem Dei abſcedentes, succedunt illicē mundana; quæ vbi fluere cœperint aqua ē fistula, fieri nequit quin spiritu illo attrahatur p̄nè infinitè, quoad amor D E I, vñquilibet sibi denuò vendicet, pulso rerum terrenarum more:

IX. 9. Amplius, quem fugit creatura omnia esse causa, vacua, inania, nulla soliditate firmata.

Gen. i. Terra autem erat inanis & vacua.  
Eccles i. Vanitas vanitatum. Et omnia vanitas.

Quod inane est, tam perfectè nequit replete vacuum quin superfic̄ locus. Nauem ingentem repletam, quoad inanes, & vacue persistantes qualiter eam naturaliem non miserrint. Sic terrena, inania non manz.

10. Dein, cordis humani inexplicitas illa proce-

Arist.

probl. seūt.

8 q. 9.

Natura

non pati-

tur vacuū.

Creatura

cuncte

vana.

de ab impropria applicatione concupitorum: quæ x.  
accidunt nunquam ad concupisibilem. Obiectum Cuique senserit  
potio, propriæ facultati non applicatum, non facit sa-  
nis eidem. Occinat Cæsarimontanus Orpheus noster,  
inquam magnus ille Orlando di Lassus cantionem e-  
legansissimam, aut alius quis Amphion nostri seculi  
sonio plecat lyra fides coram surdo, lachrymantis

non ciet lachrymas, quia sonus non est proprium ob-  
iectum visus. Rursus Joannes Malbodiensis, prisci Ap-  
pellis genius exhibeat illustres tabulas auribus cæci-  
aut officerat Ganimedes Nectar, Ambrosianum mani-  
bus folium contra standam: nullam capiant cæci aures  
tabulis voluptate in; neque contrectantes manus  
Diuorum epulas patientur. Ecce? Quia color pro-  
prio sensibili, non obiectus: neque cibus, proprio  
gustui. Vt itaque cuique fiat satis, & operentur agen-  
ta, sonus, vox musica, auribus obijciantur: tabulae, &  
coloris, vilui; optima ferula gustui & palato: quo-  
modo medicus membro laeso & patienti admouet yn-  
guientia, cataplasma taque. Quæ verò pars in homine

tam ardenter concupiscit? Cor. Ipsum ambit hono-  
res, inhiat thesauro, concupiscit formosas. De corde Matt. 15.

eximi cogitationes mala. Ipsum ira excedens, vindicatio

est cupidum; ipsum luore tabescit; ipsum flagrat

desidio, omnium quæ singi possunt desiderabilia.

i Paral. 25. Erigitur cor tuum in superbiam.

Judith 1. Cor eius eleutatum est.  
Iob 15. Quid te eleuat cor tuum?

Psal. 63. Accedit homo ad cor altum.

Ptoia. 18. Antequam conteratur, exaltatur cor.

Ezech 33. Avaritiam suam sequitur cor eorum.

Judith 12. Cor autem Holofernis concussum est.

Ptoia. 6. Non concupiscat pulchritudinem eius cor

tuum.

Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.

Matt. 5. Iam mechatatus es eam in corde tuo.

Ioan. 13. Cum diabolus iam misseret in cor ut traderet

eum Iudas Simonis Iscariotes.

Qq. 2. Psal.

Psal. 40. Cor eius congregauit iniquitatem sibi.

Pro. 6. Cor machinans cogitationes pessimas.

Pro. 26. Septem nequitia sunt in corde.

Pro. 27. Cor iniquum inquirit mala;

Infaelix hominis cor passionibus diversis, plen-

que aduersis distrahitur. verum, ubi applicat superius  
celitudinem quam perditè concupiscit cor? Auctor

Matt. 23.

cas opplendo eximijs & honorificis titulis. Amatur  
cari ab hominibus Rabbi; audiens libenter nomina do-

minationis, excellentiae, celitudinis, maiestatis: de-

dematibus ceruices cingit; manus sceptris exornat;  
humeros purpura tegit; oculos pacit genuflexionis

bus: amat salutaciones in foro. Et postquam omnia in-

summasse &c. auidè experit nouos honores. Necno-

ror; eiusmodi enim honores cor saucium non am-  
gunt, male affecto, & famelico non succurrunt. Ap-

plicanda sunt actua passus. Actus actiorum sunt in pa-

tiente disposicio. Cor avarum depetit thesauros: ait uti

collocat avarus thesauros & aurum? In localis, in a-

cis: quibus oppletis, neccum conterous avarus. E

ipse capit egere. Haud mirum: quia dolori non adhibet  
vnguentum. Dolente corde, emplastrum applicata-

ca: aegrotante capite, talos vnguentis oblinuit. Anca  
exardet. Ast infaelix amans ratus medicamen que-

rere, contingit, oculis tolum, obtutibus: arctigis, sed  
labijs, sed manibus solum, aut forte propius depedi-

tam speciem. Complexis iocis, miser non faciat;  
laborat adhuc fame regio eius. Qui hoc verè exar-

dens, ipsum perditè deperiens internum, cor, non po-

titur amorphis, nisi per corpus, tanquam interposi-

tam personam. Auguramini, an calefiat procul di-

cum mittat; aut ego famelicus satier alium op-

plendo cibis, non admoto interim labis meis  
cibo.

Jacobi 2. Si frater aut soror nudi sint, & indigent  
victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ita in

pace, calefacimini, & saturamini: non dederit autem ei

*que necessaria sunt corpori, quid proderit?*

Sic, quia nequeunt applicari terrena cordi quæ ipsum desiderat; cingatur fastuosi vertex tot coronis, quot meo sunt capilli: postdeat tenax auti massas tam multas quam ego paucas: innatet impudicus Oceano voluptatum ut Sardanapalus; nunquam ipsis erit satis factum, quod concupita vllatenus nequeant admirari concupiscenti, cordi. Iheu, miserum cor, multa concupiscentes, nec obiecto uno plenè potiri valens! Infelix amans, amans ardenter, nec basia labris imprimere, nec amoribus potiri, quam per iaterpositam personam valens.

ii. Neque verò proprium est corporeis agere in spiritualia. Ense corpus diuidas medium; ast eius a- Non agūt corpora tiem nec anima, nec spiritus omnis experiarur. Tere- in spiri- re & tundere potes Anaxarchi vas, si est corpori offi- tus. cere tundendo: verum Anaxarchum verum non læ- Diog. das. Tunde, tunde Anaxarchi vasculum: nam Anaxar. Lært. l. 9. chum nihil teris, aiebat Philosophus ille ad Nicocre- de vit. nem Tyrannum Cyprium. Animam autem non possunt Philos. occidere, ait Dominus. Quæ tam anidè concupiscit ter- Matt. 10. rena homo, corporea sunt, aut à corporeis pendentia; anima autem, quæ propriè concupiscit, spiritus: con- sequitur nullam catenus inducere satietatem, saturati- tatemque humanæ menti corporea.

ii. Adde, quod bona mundana merae umbræ sunt. Terrena verorum bonorum cælestium, ad quæ omnes voca- bona sunt mur, iouitamurque: sola vero umbræ, & species ap- vmbra cæ- parentes escarum cibent, reficiantur animalia dira lestium. famæ vexata: ubi vidistis vnquam Polyphemum Æsop. famelicum saturatum umbra, aut pictura panis? apol. 5. aut canem oppletum umbris verarum carnium, Plin. l. 35. quas in flumine viderit? Existimatis volucres farn. c. 9. & 10. ratas vuis ad viuum à Zeuxi pictis, eo artificio, vt puer tabulam circumgerente ocyus adiolarint? Aut diuitem illum tenacissimum, cui famelico re- deanti uxor intulit mensæ panes, & omnis gene- ris cibos auro expressos, istis saturatum. Scilicet.

*Plat. I. de  
clar. mu-  
lier.*

Figure illæ, referente Plutarcho, & imaginis de-  
rum aureæ, quanquam optimo auro totius vido-  
niæ ipsius effictæ, verissimam non exprerunt iedam.  
Vera famæ opulentî Pythij verorum fecundum  
prandium flagitabat, non umbrarum, figuratumque.  
Ecquis retut Narcissum delectatum, contentumque  
amplexando, basiando amiculè solam mortuam  
effigiem aquis impressam? Neque vllatenus fæ-  
dum est hominis cor facultatibus mundans fatur  
posse, quod umbræ, picturæ, effigies sot eternam  
bonorum. Oculos pictura pastit inani, in eos uultus  
qui satieratem querunt in bonis mundanis.

*Virg. I.  
Æneid.*

Sap. 5. Transferunt omnia illa tanquam umbra.  
Nunquam audiui esurientem saturatum, qui na-  
gi mensæ accubuit, qui necromantia, aut homo mo-  
appareat facit quod non est. Nec satur abeatis vagan-  
opibus terrenis, quas incantator diabolus suis puz-  
gijs, alias & maiores quam sint exhibet.

*Virgil. I. Æneid.*

In salix simulachrum atque ipsius uolu-  
Creusa  
Visa mihi ante oculos & nota maioriman.  
Eccl. 34. Quasi qui apprehendit umbram & prospic-  
tur ventum.

Ne comedas de cibis eius, ubi est panem nim-  
daci.

Quemadmodum Iuno nubē in suam formam con-  
uersam obtulit Jxioni stupri audito, sicque deluxit (v  
f. bulantur Poëtae:) ita dæmones hominibus natura-  
veri boni auditis, hæc terrena pro ueris bonis obser-  
viant, oculos fascinantes. Sicut nunquam videntis fa-  
tiatum voluptatibus, tales scilicet quales, eas aut-  
Ouid. lib. Amorū. Ethnicus, nimio lubricius sibi incidisse potiendo in  
somijs amoribus suis, ubi needum expletus uota sub-  
iungit, Veniant medijs sic mihi sapè dies: ita non occur-  
rat unquam verè contentus his bonis terrenis: fune-  
cæ boni, nihil.

Ps.72. *Velut somnium surgentium.*

*Vt nusquam visus est, qui quia somniauit se tota nocte epulatum splendide, vere satiatu, aut minus edax sequenti luce in iacentaculo: ita non audias usquam dicentem se vere refectum mundanis: ea enim collata ad Conditorem, verum, & summum bonum, spectra sunt & visa nocturna.*

Eccles.34. *Vana spes & mendacium viro insensato; & somnia extollunt impudentes. Quasi qui apprehendit umbram & persequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia. Hoc secundum hoc visio somniorum. Hoc secundum hoc, id est: Omnia terrena sunt umbræ & figura celestium, & verorum bonorum.*

Isa.29. *Sicut somniat esoriens, & comedit, cum autem fuerit expersus factus, vacua est anima eius: & sicut somniat festi & bibit, & postquam fuerit expersus factus laetus adhuc sit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omniū gentium que dimicauerunt contra montē Sion.*

Gen.37. *Vidi per somnum quasi solem, lunam, & stellam &c. Quasi, infic.*

Gen.41. *Phaiao somniat vaccas septem macilentas deuotate alias præpingues, nec tamen ullum saturitatis dedisse vestigium, sed simili macie, & squalore torpuisse.*

Daniel 2. *Videt Nabuchodonosor mundi gloriam, sed in somniis.*

Proverb.3. *Egestas à Domino in domo impj.*

13. *Equis ambigat his causam dare, quod diuitiis valentes a multis deuoreantur?*

Eccles.5. *Vbi multa sunt opes, multi & qui comedunt & au, ait Salomon dicitissimus. Vt canis complures ablatans catulos iugitorquetur fame: ita diuites ablatantes, & alentes plurimos necessarios & non necessarios famulos, potiora concipiunt semper. Deinde copia qua affluunt pellente frugalitatem necessarii penuria laborant. Non dicitis me habere opus hippocomia. Quare? Quia nulli mihi sunt equi. Non erant necessarii Biæ Philosopho equi, mulie. Qui hoc? Quia nihil deferendum habebat. Omnes ipsius*

XII.

*Seneca.* opes in ipsomet erant congestæ, adeoque eas se defens  
*de Tran-* tens, secum deferebat. *Omnia mea mecum porto. Non*  
*guill.c. 2.* dicitis plerunque iocosè, cui non sunt pecuniz, non  
*Cicero in* esse marsupio opus? Itaque pecuniae efficiunt, ut et  
*parad.1.* habens egeat marsupio. Faciunt vestes, vreas pollu-  
 dens opus habeat cista, abaco, aut mannulo, quibus  
 eas conseruet: equi equitium exigunt; ac sic deca-  
 teris, ut qui nullis vult egere, nulla habeat oportet.  
 fetur Philosophus Phauorinus occuruisse necessariis  
 tibus: qui minuendo quod habebat, faciebat ut pa-  
 ciорibus egeret.

Aulus Gellius lib. 9 noctium Attic. c. 8. Verum ad  
 profecto quod obseruator rerum usu sapientes viri dicunt,  
 multis egere, qui multa habeat; magnamque indigentiam  
 nasci non ex inopia magna, sed ex magna copia. Quod si  
 nimum desiderari ad multa qua habens tuenda. Quod si  
 gitur multa habens cauere ac prospicere volui ne quod ip-  
 at, neve quid desit, iactura opus esse non queritur: manu  
 habendum esse, ut minus desit.

Phauorinus ibidem Cum plus quam habant, ut  
 detrahens ex ijs quæ habeo, acquiesco.

Apuleius apologia 1. principiō. Plurimum habent,  
 qui minimum desiderabunt.

xiv. 14. Denique, & famæ peccati, & famæ indifferen-  
 tium, meo iudicio, prouenit à iustitia Dei, sinecens ra-  
 re peccatores de peccato in peccatum, adipiscimus  
 que malitia barathrum tuere; quia stare, & subiungere  
 constanter noluerunt cum adhuc vegeti in luce  
 essent, sed exsiliare gestierunt à monte in vortices. VII.  
 3. Æneid.

*Alia ex alijs in fata vocantur.*

D. August. I. Enchridij c. 26. & 27. Ad iram quippe  
 Dei pertinet iustum, quicquid caca & indomita concupi-  
 centia faciunt libenter mali, & manifestis aperiisque pa-  
 nis patiuntur iniusti. Quoniam concupierunt que non  
 decebat homines, aut aliter quam decuit; labi eos fi-  
 nit in famem, quæ denotat concupiscentiam impa-  
 entem, quam nulla sequitur plena voluptas. Permit-  
 tit iuste Deus rerum creatarum appetentiam infaci-  
 bulum.

bilem, quia cum in Deo plerè satiari possent, malue-  
junt eo deserto vanis crearurarum vestigijs instare.

Ierem. 2. *Duo mala fecit populus meus, me derelique-  
runt fontem aquæ viæ, & foderunt sibi cisternas dissipatae,  
qua continere non valent aquas.*

Simou de Cassia l.16. cap.16. in illud, *Nemo illi da-  
bat: iusto Dei iudicio agitur, ut recedens à satiabilitate,  
impotentia saturandi multetur, & quod semper egeat in-  
ordinata voluntas, qua in potestate habuit, unde egere  
non posset.*

15. Explicauimus Publicanorum peccatorumque generibus  
quos admittet Christus famem vicumque, cuiusque famis, qua  
panter originem: dispiciamus nunc, an quæ corundē labora-  
fames alia detur. Itaque, connotat fames plerumque cani.  
absentiam, carentiamq; ciborum necessariorum. Cibi  
verò species aliqua necessaria animo nostro sunt ope- <sup>L</sup>  
tabona & virtutes, quibus hic pascitur, & vitam sibi <sup>Virtutes</sup>  
acquitit æternam. Laboravit igitur Publicanorum, <sup>animi a-</sup>  
peccatorumque regio fame; id est, defecerunt ipsis o-  
pera bona & virtutes: multis admissis malis nulla ins-  
tebant bona, refaciendo reparandoq; in animo quod  
calor naturalis peccatorum absumebat quotidie.

Ita exposuit S. Ambrosius, & alij nonnulli.

D. Amb. l. 7. in Luc c.15. *Fames, non epularum, sed bo-  
norum operum, atque virtutum, qua sunt miserabiliora  
iunia.*

Glossa intel. post D. Amb. *Fames est carentia bono-  
rum operum & virtutum.*

Richardus à S. Victore l.2. de erudit. hominis inter-  
c.18. *Pauperes facit indigentia bonorum exteriorum. Pau-  
per qui discretione caret, qui consilium non habet, qui  
virtutum diuitijs caret.*

Joan. Maior. *Penuria omnis boni spiritualis & fidei.*

Joan. Granat. lib. de parab. scrib. de prodigo. *Con-  
sumptus natura & gratia bonis, obscurato intellectu, &  
voluntate infirma miser peccator venit ad inopiam vir-  
tuum quibus anima nutritur, præsertim fame verbi Dei  
ingrauecentio.*

Magna certè fames istæc: sed & alia laborabant;

Qq 5 defi-

11. desiderabatur scientia & vera Dei cognitio. Nam  
Osee 4. scientia Dei in terra. An forte in Atheismum inde-  
rant, exuti prorsus opinione Deitatis, qua subtrah-  
mors manet animum, vti & corpus denegato paci?

111. At opinor, defecisse ipsos verbum Dei, edulam  
per necessarium: aut quia ipsum pro ratione exigens  
non dispensabant Scribe & Pharisæi.

Thren 4. Parvuli petierunt panem, & non erat quod  
frangeret eis: aut quia plus nimio occupati mensuram  
& teloniorum suorum rebus, signandis datorum ac-  
ceptorumque scrupulosè rationibus, ipsis non hab-  
bat interest communibus epulis verbi Dei, quod  
compluribus negotiatoribus nostris recepimus est. Ita  
interpretatur S. Gregorius, & ipsum sequuntur Vener.  
Beda, Albertus magnus, S. Bonaventura, aliquem mul-  
ti nostri ævi; multis tamen intelligentibus famili-  
stam de Gentilibus peculiariter.

D. Gregor. tomo 2. in 7. Psal. paret. ad illum re-  
sum Psalmi 142. Spiritus tuus bonus deducit mea in-  
ram rectam, famam verbi Dei intelligit per famam  
prodigi.

Beda to. 2. l. 3. in cap. II. Marci. Indigentiam vestitam  
in obliuione creatoris.

Guerricus in illud, Ego autem hic sum pars. Dicit  
intelligi fame & siti verbi Dei.

D. Bonaventura comment. in hunc locum. Haf-  
mes in regione longinqua, est indigentia verbi vestitata  
obliuione Creatoris.

Glossa iijdem verbis vtitur: Haymo conuenit.  
Albertus Magnus comment. in c. 15. Luc. Famus  
est destitutio audienda veritatis per verbum & precipita  
gratia per sacramenta.

Anthonius de Gualandiis q. 1. Indigentia verbi ve-  
ritatis.

P. Syluester de Prio conuenit.  
Pertimescendæ famæ, & omnes alias excedentes.  
Id specialiter designatus Christus forte addidit epiph-  
anum validam χρυσαλμον? Quæ enim maior indi-

genia

## CONCIO SEXTA.

251

gentia quam nescire Deum suum, nec habere qui eius cognitionem doceat? Hac esurientem cominatur Deus populo suo, atrocem iram suam denuntiatam, volens.

Amos 8. *Mittam famem in terram, non famem panis,*  
*neque sitim aqua, sed audiendi verbi Dei.*

Quanta fames illa? Hanc autem famem verbi Dei esse in Iudeis qui circumferunt verbum Dei & fame precent air Rupertrus in cap 8. Amos.

Ps 104. *Vocavit famem super terram & omne firma-*  
*mentum panis contruit;* De cadem fame intelligit S. Bonaventura comment. in cap 15. Lucæ.

Aduertendum autem famem istam hoc loco, non tam denotare auditatem cibi, quam carentiam eius, quod necessarium est; quod malum propriè dicitur Latinis inedia, quæ potest esse sine appetitu, qualis est impotentia comedendi; quanquam cibum capere oportet prius: quo paulatim malo deficit æger. Arbitrè facile Publicanos & peccatores à Christo admissos, ad instar infirmorum, de quorum salute, quia nullum capiunt cibum, nullum appetunt, despetatum est; multo tempore non audisse verbum Dei; nec minus quicquam appetuisse quam aurem ei praebere placidam, sed demum sub finem nonnullo affectu desiderio audiendi Jesu Christi verba.

Simon Cassianus l 6. c 16. Validam famem accipit, non illam quæ pro desiderio ponitur, sed illam qua patiens cruciatur.

Si vero quis contendat famem istam connotare non solum indigentiam verbi Dei animæ pernecessarij, sed & audiendi auditatæ acrem, reluctari non ari, spectatis maximè ijs quæ initio capitilis 15. Lucæ narrantur, nimirum Publicanos & peccatores accessisse ad Christum *ut audirent illum;* ut verbo eius reflectentur: quanquam responderi possit ad hoc, eam ipsius serius incidisse auditatem; atque hoc modo Evangelistam intellexisse.

Est porro fames ista ex accerrimis flagellis haud insimum, quo Deus regionem aliquam plectere que- \* D. Tho.  
at: sicuti\* ignorantia maximum supplicium quo t. 2. q. 8. j.  
Deus a. 3.

Deus in miserrimū sacerdotiū Adam. Hinc, loco ex Amos  
supra adducto, vbi longam seriem texuisse Deus pa-  
narum quibus populum suum premeret, tandem co-  
minatur verbi Dei fame, cœu malorum omnium fati-  
gio. Queritur David, cœu atrox supplicium, non esse  
Prophetas.

*Psalm. 73. Iam non est Propheta, & nos non ergo sumus amplius.*

Vates Elias inter cœtera lamenta doler plurimum  
subuersas aras, cœlosque Dei Prophetas.

*3. Reg. 18. Altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio.*

In oraculis Isaiae, vbi Deus minaretur Ierusalem &  
Iuda destitutos iri plurimi, tandem subiungit am-  
bos iri quoque consiliarium & sapientem de architectis,  
*Isa. 3.* id est, Doctores, qui quasi carpentari & camentari  
ædificant Respiem, prudentem eloquij mystici, id est,  
sapientem interpretem verbi Dei. Quemadmodum  
Deus non percutit terram siccitatē, famis genitissimā  
Achab & Jezabel eiusmodi pimeruerint primū sup-

*Vide Stet.* plicum: ita non tollit Enoch, Eliam, Prophetas, Do-  
lä in c. 8. tores, ni quondam grauiter irritatus. Vastat Domi-  
nus terram per siccitatem, quādo austerr. verbum Dei.

*Et S. Hieron. in c. 1.* & doctrinam caelestem ab Ecclesia. Grande, anique  
ron. profectō supplicium, verbi Dei fames: quandoquidem  
*Osee.* eam culmen malorum statuant Prophetæ: quin ipse  
Ier. 14. a. Christus, & Apostoli comminentur Iudeis ipsam au-  
17. b. 31. c. ferendum, alia ratione proficere nolentibus.

*Ioel. 1. c.* Matth. 21. Afferetur à vobis regnum Dei, & dubitum  
*Indic. 6. a.* genti facienti fructus eius.

*A& 13. Vobis oportebat primū loqui verbum Dei, sed  
quoniam repellitis illud & indignos vos indicatis arena-  
vitis, ecce conuertimur ad Gentes.*

En quibus cœdantur virginis Iudei. Verbo Dei priu-  
ri, tantum est supplicium, ut in ipsis Ethnico co-  
clesia non animaduertat; nec in Catechumenos, inaz-  
Christianismi tyrones nequum sacris lymphis regen-  
ratos; nec in hæreticos; nec in ipsis excommuni-  
catores; quos licet amoueat ex antiquo usu à sacramen-

torum participatione, nec admittat ad communionē  
preciosissimi corporis & sanguinis Dominicī, non ta-  
men repellit a communib⁹ epulis audientiæ verbī  
Dei. Huius panis gratia, quām requisitorum corpo-  
ri, vt sentio, clamamus quotidie: *Panem nostrum quo-  
tidianum da nobis hodie.* Τὸν ἄρρενα μου τῷ μετριού δόση.  
*μόνον εἰς σοι, Panem illum substantiale, vel superioris  
substantie, animæ.* Adde quod articulus p̄̄ponatur  
r̄p̄dōsōy, vt ēnotetur sublimioris ordinis panis, quā  
feliciter, & corporeus. Non in solo pane viuit homo, sed in *Matth. 4.*  
omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Sap. 16. *Non natiuitatis fructus paſcunt homines, sed  
sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat.*

Ioan. 6. *Verba qua ego loquutus sum vobis, spiritus &  
vita sunt, id est, sp̄ritus & vita spiritualis robur, deli-  
tiae ac nutrimentum.* Hoc verbi Dei epulo vesebebatur  
Moyles quadraginta diebus, totidemque noctibus in *Luc. 10. 3.*  
monte Sina. Verbo Dei paſcentur animæ nostræ in  
gloria. Verbo Dei obliuisebatur apparatus conui-  
ni Magdalena fedes secus pedes Domini. Verbo Dei, *In vitiis  
cibi post arcta ieunia parati non recordabantur fra-  
ties duo;* adeo ut per totam noctem colloquentes &  
audientes inuicem de Deo, mane facto ignorarent nu-  
manducassent, nec ne. O panem Angelorum! O dul-  
cem animæ cibum! Te auctore fouetur in gratia: p̄x-  
sernatur à morte; sanatur, infirma.

Ps. 126. *Misit verbum suum, & sanauit eos, insit Psal-  
mita.* *Ioan. 1.*

Sap. 16. *Non enim herba, neq; malagma sanauit eos,  
sed omnipotens sermo tuus qui sanat omnia, ait liber Sa-  
picotice.*

O panem, fountem, purgantem, leuentem, con-  
fortantem, gelu, spurcitiam, rupem, fragilitatem ani-  
marum! O verbum Dei, mortuos ex sepulchris susci-  
tans, *Et qui audierint, viuent;* vt homini necessarium!  
Verum latius de hoc, vita comite in Monomachia clu-  
Christi. Beatæ certè vrbes, quas Deus non affigit ver-  
bi Dei fame: quas Deo gratias referamus quod ipsius  
largitione & misericordia istius annone adhuc affluat  
vber-

ybertas? O quoniam ero provincia, yrbeisque vicina  
nobis euperent nunc ins frui epulis, saltet velci reli-  
quias, & micis quae cadunt de mensis nostris!

LUC. 10. Multis Prophetas & Reges voluerunt audire quae  
auditis, & non audierunt.

LUC. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt  
illud.

3. REG. 10. Beati servi tui hi qui stant coram iis semper,  
& audiunt sapientiam tuam

O si concederetur famelicis locum vestrum ten-  
re, & Auditores, vt sedulò, vt impigre matutinum ad  
has epulas! Praecepit vobis locum, vobis legavit  
& perfunctorie aduenientib. crebro vocatis hec! Ut  
veritatis sermo omnis, qualiter qualiter cōducatur  
bellè saperet; quem nonnulli vestrum adeò fastidirent  
vt nullis eloquentia falsamentis palato cumu-  
re queat! vt manderent, vt optimè digerent; ut panem  
istum! vt sensim pinguefcerent! Ut probi evadent;  
vestrum plurimis interius effluere finitibus, neem  
meliores mutatis, ne dicam in peiores evidentur! Ne  
veremini priuilegio priuari, eo abucentes! Non tem-  
etis Deum subtraéterum vobis manu sua usum  
quod adeò fastidire videmini, vt dicatis factio, & non  
verbo, Nauseat anima nostra super cibo isto longissime!

Non formidatis hunc cibum parum aut nihil in vo-  
bis præstantem tandem mens famelicorum infem-  
quomodo quandam à Iudeis amotus, famelicis Eba-  
niciis fuit appositus?

MATTH. 21. Aueretur à vobis regnum Dei, & adhuc  
genti facienti fructus eius. O lamentis prosequendum  
supplicium si eiusmodi fames incidet regno no-  
stre! Iis aueris, meliora præstet Deus. Incepti-  
monis insistamus vestigis. Judigentia itaque illa  
verbi Dei laborabant Publicani, communiter ipsum  
non frequentantes, eius gratia diauis negotiis su-  
perfcedere nolentes; quoad tandem nonnulla inedi-  
fit animos eorum cupido excipiendi ipsum ab ore  
Christi.

Atat: non deprehenditis & aliam famem, nimisrum  
254

## CONCIO SEXTA.

255

Audum desiderium gratiae Dei; acrem cupiditatē vi. Verē cupi-  
nēdū iustē, sancte que, de qua Dominus in Euange- dū iusti-  
lio, dicens eis modi famelicos beatos, quippe aliquā- tia, esuri-  
do saturando? De qua etiam virgo Mater benedicta, enti simi-  
occens esurientes bonis omnibus opplendos, potē- lis.  
tibus vacuis?

Matth. 5. Beati qui esuriant & sitiānt iustitiam, quo-  
niam ipsi saturabuntur.

Luc. 1. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisi  
manes.

Ps. 105. Animam esurientem satianit bonis.

Iob. 5. Infame eruet te de morte.

D. Hilarius in Matth. can. 5. Esurire dicuntur iusti-  
tiam quae eius querunt augmentum, qui nunquam se satis-  
iustos putant: ideo diligenter laborant ut iustores fiant.

Vt enim corpore famelicus, multum laborat, dicē  
truciatur, circum lustrat si quā inueniat unde ventrem  
manem oppleat, obvium quemque oportunē impor-  
tūt obsecrat, ut Lazarus ante portam diuitis epulo-  
nis; moxque ut cibum sumperit, noua torqueret e-  
fusie: ita iustitiam esuriens, sitiensque, angitetur, discru-  
citur, cum non attingens, quem cuperet, iustitia gra-  
dum: explorat, ex cogitat modos quibus magis, ma-  
gisque iustificetur: iterunt, vigilat, eleemosynas lar-  
givit, orat cælitus perfundi gratia uberiori; cupit iu-  
storum votis commendatus haberi: mox ut virtutem  
etiam consequatur, ad aliam aspirat.

D. August. I. de serm. Domini in monte: Laborant  
desiderantes gaudium de veris bonis, & amore à terre-  
nu & corporalibus auertere cupientes.

Hanc iustitiam audē expetebat S. Franciscus Pa-  
triarcha noster, fratribus ad multæ perfectionis gra-  
dum euctus dicere solitus: Incipiamus nunc, cia o-  
peni accingamur; huc usque à nobis nihil boni pera-  
dam est.

Apocalypsis 22. Qui iustus est, iustificetur, id est iu-  
sticiam faciat, adhuc, & qui sanctus, sanctificetur ad-  
huc.

Eccl.

Eccle.10. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt  
me, adhuc sitient. Aduertite hoc loco scire a Domino  
copulatas voces famis & egestatis; Fada est fames va-  
lida, & ipse caput egere: ut fames plus significet quam  
simplex desiderium iustitiae; & egere, designet egere  
tem. Connorat siquidem fames auditatem sciendi;  
quaे nihil intentatum relinquit; insuper ego-  
statem sive necessitatem edendi, quam ut efficaciter  
explicat addit, & ipse caput egere. Fames, inquit, non  
solum desiderium; hoc enim dicit cupiditatem, sed  
remissam, rei non omnino necessitatem, sed decentis.  
Exempli gratia: Saturatus, ut saturatus non poterit fa-  
mire, id est, appetitu vehementi epularum diffor-  
xi; nec enim iis egere: nihilo secius potest desiderio ro-  
neri ferculorum potiorum, ast remiso, repenteque;  
parum aut nihili faciens eis non potiri, quianon egere.  
Esuriens autem maximopere appetit escam, canique  
anxiè sectatur, quia plurimum egere. Similiter, nancie  
iustitiae cupidi, cibi & potus animi, quibus refrane-  
tur gratia peccato absumpta: ast qui tepide eos inqui-  
runt, quia teper eorum desiderium; clivie non labo-  
rant; seque iis rentur non egere. Cuperet liberaliter  
esse auarus: continentur vivere impudicus: veniali  
cupidis non instent impigre, argumento est non fami-  
ze. Justi, famelici, quia summa auditate feruntur, fa-  
mulaque se maximè egere, non desistunt quoad imple-  
tare iustitiam. Et Christus ut ostendat necessitatem ius-  
titiam, dixit, caput egere: eam autem ardenter deside-  
randam, investigandamque; ipsius desiderium appela-  
bit, famem validam; qua esurijste & egasse aliente Pa-  
blicanos & peccatores illos. Famelici erant itaque, &  
pauperes, imò egeni, & ipse caput egere, quod magis et  
quam pauperem esse. Js pauper, cui res familiars mo-  
deo frequens ut ea commode sustentari queat. Pa-  
uperem familiam dicimus, quo cum facultates suar-  
tas & e-  
gestas ut  
differunt, tas. Dicit enim in sui ratione extremam & miserairem  
pauper-

nues: egenus vero, cui prorsus nihil est eorum, quibus  
potiuntur pauperes in honesta frugalique paupertate  
sua. Egestas, aut optimè quidam, plus est quam pauper-  
tas.

## CONCIO SEXTA.

257

hesuriam rerum, quibus bona paupertas posset cum Deo  
eti. Et ideo transferendo ad egestatem spiritus, dicit pe-  
nuriam illorum, sine quibus homo non potest benè vine-  
n, & salutem consequi. Publicanis & peccatoribus il-  
lis non erant fides, opera bona, gratia, quæ facerent  
meritoria, ast hoc ipsis supperebat, quod anxia corū  
tenderentur auditate. Facta est famæ valida in regione  
illa: insuper, quod se ijs existimarent egere. Et ipse  
cepit egerē.

Si quis obiectat eiusmodi famem, quæ dicit sum. Obiectio.  
num desiderium rerum optimarum non posse conce-  
di Publicanis & peccatoribus quos admittebat Chri-  
stus, quia vltio fuit & malum pñnae famæ & egestas  
prodigi historialis (quâ famæ spiritualis, & vindex  
Publicanorum, & peccatorum designatur: ) hanc  
vero Publicanorum potius gratiam peculiarem Dei  
magis quam pñnam & vindictam: Namque, des-  
iderare auxilium gratia, gratia est, infit Sanctus Au-  
gustinus: & desiderare iustitiam, tenue initium est iu-  
stitia: dicam paucis, vnum & idem posse esse pñ-  
nam, vltionem necnon gratiam; intuitu vario. Ex-  
empli gratia. Pñna est vt cumque gravis quod se in Respōsio.  
sacramentis subdat creaturis homo, vt aquæ in bap. Magist. in  
timo, chrismati in confirmatione, homini in confes- 4. dist. 1.  
sione &c. Ast maxima gratia, quod ijs medijs & instru- §. C.  
mentis obtineat peccatorum remissionem. Simili-  
ter, summo teneri iustitiae desiderio, magna est gra-  
tia, magna & pena: gratia, quia aditus ad maiora: pñ-  
na quia velle & cupere quid quod nec cito, nec facile,  
nec le solo obrineri potest, tormentum est Spes qua Prou. 13.  
differtur, affigit animam. Quis vorticibus scelerum  
soloprus in montis virtutum crepidinem sine labo-  
re perire? Superas euadere ad auras, hoc opus, hic labor Virg. 6.  
est. Quis vñquam in momento optimus? Nemo re- Aeneid.  
putat sic summus. Quis proprio Marte? Sine me ni-  
hi potest facere. Pauci, quos equus amauit Iuppi-  
ter.

Enverò acceptissima pñna affligebantur Publica-  
ni, ardenter cupientes Iesu Christi gratiam & amici-  
tiam

Rr

tiam aucupari; præteriorum indulgentiam obtineantur; futura corrigeret desiderantes, fulsi spebendi eam gratiam: ast quâ non obtenta prima fuit, iugaverlantes in timore non obtineendi eam, secula aliqua de causa.

D. Greg. tomo 1. l. 9. Moral. Cap. 20. *Confusio*  
quod omne desiderium pena est cum differtur.

Si forte non sufficiant ista, non firmabo mortalem animum in contendente Publicanorum fameliam non facisse eam quæ audita tem iustificari, potius eam quæ solum iustitiae, bonorum operum gratia gratum facientis Deo, quâ opera nostra excludunt meritoria vita æternæ, caritatem conuocant. Maximum enim tormenti genus desudare, & operum omnem insumere bono, non benè, nec viliter agere bona non benè, iusta exequi non iustè, orare, ieiunare, infiuctuosè; ut qui orant, ieiunant, facultate pugnibus distribuunt, incolentes adhuc peccati regnum; quod accedit haud improbabiliter Publicanus ante eorum conuersationem veram.

1. Cor. 12. Si distribuero in cibos pauperum inmultas meas. & si tradidero corpus meum in charitatem autem non habuero; nihil mihi proficit.

Isa. 1. Quo mihi multitudinem vittinam vestrum &c. Calendas vestras & solemnitates vestras ad anima mea, facta sunt mihi molestia, laborum suorum. &c. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestre plena sunt sanguine.

Isa. 58 Quare ieiunauimus & non aspergili karissimas animas nostras, & nesciisti Responde Domine. Ecce in die ieiunij vestri inueniuntur voluntas vestra.

Gen. 4. Ad Crim & ad munera eius non responsum. Jon. 3. Videl Deus opera eorum, quia conuenerunt via sua mala.

Est ad instar mechanici peccatoris; laboris, defundat, anxiatur ad lassitudinem usque, nulla facta premij spe, tantummodo quia in statu gratus operari renuit, ast in peccati regione longinquus annuit.

Eccl 34. Qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem  
fuit, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis  
exaudies?

Sit satis dictum haec tenus de fame Publicanorum  
& peccatorum: nunc perstringamus obiter famam  
Gentilium allegoricam, hac prodigi, ut volunt qui-  
dam, adumbratam. Itaque possunt dici Gentiles ea-  
dem fame laborasse quam primo loco statuebamus  
supradictis Publicanis & peccatoribus, nimirum deside-  
rio inexplibili creatorum, quo seruebant tanto ma-  
gis, quanto minus aspirabant, sperabant, noverant æ-  
ternâ bona; quæ aut omnino negabant, animæ im-  
mortalitatem tollentes, ut Democritus, Epicurus, Plutar de  
Sadducei, Plinius in speciem, cum ceteris: aut ex plac. Phi-  
lippeti, non credentes magna illa & omniē sermonem, lo. Plinius  
omnem intellectum, omnem concepimus transcen- l. 7. ca. 55.

dentia; neque rei uincionem futuram corporum no-  
strorum admittentes, quæ haud insima honorū illorū  
panefuerunt: in quo etiōne veſtabantur Sadducei.

Secundò, dici potest, ipsorum nonnullis, ut Pro-  
tagore Abderitæ, Diagora Milesiano, non fuisse  
exquisitissimum animi cibum, scientiam Dei nimi-  
tum, Protagora dubitante, Diagora negante pro-  
sua; unde Athēi nomen sortitus est, uti scribit Ci

Cicerol. I. 1.

de na De-

orum. La-

orū. La-

tan. I. in-

litum paganismum, potest denotare famas illa defe-

fit. c. 2.

rum scripturarum legis & Vatum, expressi verbi Dei,

III.

Vide res

mum I.

harum

conc.

rum aliqui per prodigum interpretantur Gentili-  
um paganismum, potest denotare famas illa defe-  
fit. c. 2.

cum scripturarum legis & Vatum, expressi verbi Dei,  
cibi necessarij ad vitam animi. Doctrinis enim imbui-  
ti Gentiles in scholis inferioribus, trivialisbusque na-  
turæ, non autem in Academijs legis Mosaicæ sunt.

Pla 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua

non manifestauit eis. Ante Christi aduentum nullæ  
fuit ipsis habite lectiones aut legis Mosaicæ, aut E-  
vangelij: edictum hocce. In viam Gentium ne abier-  
et dudum transitum occupauit, & occlusit ora Do-  
cibus; Professoribusque Euangelicis, Deo vescicente  
Gentiles ea annona penuria, q̄ perperā consūpserint;

Matt. 10:

R. 2 ccu

ceu prodigi, prima præcepta, rudimenta naturæ, partim in fornicationem idololatriæ, partim in libidinem & incontinentiam carnis, & in incontinencia.

Rom. 2. Qui cum cognouissent Deum, non sicut Domini glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens animorum.

Fame igitur & carentia doctrinæ cælestis affligitur Gentilitas propter peccata iam memorata.

Ioan. Major comment. in cap. 15. Lucæ: Fames ritualium bonorum intelligit. Non enim fuit Gentilis Mosaicum prescriptum collatum, nec in vatum omnia erudiebantur.

Iacobus Veldius ait hic agi de fami verbi Dei. Mot enim, inquit, naturam inusitata ignorancia rerum agudorum, & concupiscentiarerum noxiarum, ignorans Dei, & rerum salutarium.

Iv. Si vero sumatur famæ ista pro defectu bonorum operum, meritoriorum vita æternæ, per me licet. Licet enim Philosophi pagani, & aliquæ plebejæ fabricis exercuerint actus multos naturæ & genere moraliter bonos, studiososque; quin tamen nos quaque requirebatur fide, nec in debitum scopum, scilicet par Dei gloriam, sed in leuem vanæ glorie autam, collimarunt; magni eorum exercitia estimare non valeat, maximè cùm Apostolus absolutè dicat, sine fide nihil Deo gratum.

Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: credentiam oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator fit.

Et qui non credit in Jesum Christum, cuius fidem non est amplexus, iam iudicium subierit in functionem senatus sanctissimæ Trinitatis, iuxta decretum ipsius Christi.

Joann. 3. Qui non credit iam iudicatus est. Neque prius Paribus pretio sunt habita virtutes Paganum, hæc quæ virtutes dici queunt.

D. Cyprianus tract. de bono Patientie serm. 1. inc.



*E*s vita ipsa putabatur indigna. Indigni, inquam, non  
præsenti; quid enim mundo præstat hereticus, quam  
vi suauem tranquillitatem, placidum somnum, Chri-  
stianorum pacem & charitatem turbet? De quibus A-  
postolus Paulus;

*G*alat. 5. Utinam & abscedantur qui vos unitarii  
indigai item vita æterna. Illum Job locum expone  
D. Gregorius de hereticis, & de tenui quebusque  
bonis in speciem operibus, consequentur.

D. Greg. tom. 1. l. 10. moral. ca. 9. *Virtus in materia  
magnitudo in operatione. Sed virtus manum habet  
sanctæ Ecclesiæ pro nihilo ducitur, quia nullus est inter  
conficit, vera fide perdita quicquid operantur.*

D. Amb. tom. 5. lib. 7. comment in cap. ii. Luc. 0.  
*p*era sine fide, vana. Quid prodest illustre, aliudque ex-  
structum culmen, ad instar arearum prædularum se-  
miramidis, infirmis fundamentis, inaeris structuræ im-  
positum? Quanto aix illustris, superba, splendida,  
cuiusmodi est Bossuensis, in amanissimo Hannoverie  
si nostro viridatio, orbis miraculo octano, subtilitate  
pore, fundo arenoso, cedenti oneri, sufficiat. Non  
præiacto fidei fundamento frustra edificant heretici  
superiaciuntque opera bona.

D. Amb. l. 1. Offic. c. 2. tom. 1. *Quia sine munimentis  
dei bona opera non possunt manere.*

1. Cor. 3. *Fundamentum nostrum Iesus Christus.*  
1. Cor. 10. *Petra autem erat Christus.*  
Pla. 117. *Lapis in quam reprobauerunt edificium ha-  
bitaculum est in caput anguli.*

Daniel. 2. *Lapis de monte abscissus est sine manus.*  
*Super fundamento isto, & solida petra operante  
exstruere: quod non præstantes heretici, edificant in  
aere casta; super arena fundant; & eorum opera bo-  
na nullius sunt momenti.*

Secundo. Nulla sunt eorum opera bona, quia non  
animata, vivificata, informata charitate, & gratiæ.  
Exanimè corpus non constituit hominem: ita nec o-  
pera de bonorum genere, facta non in & cum chara-  
te fuit.

tes sunt virtus, salutariaque. Legite epistolam primam  
ad Pauli ad Corinthios; fusè, aperte, emphaticè idipsum docet. Vidistis aliquando virere frondes radici non adhaerentes? Sic nec opera prosunt, charitatis tamen non adhaerentia, insit S. Gregorius.

Homilia 17. in illud Ioa. 15. *Hoc est praeceptum meum*  
*Ei: Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non maneat in radice charitatis.*

Jdem tomo 1. lib. 20. Moral. *In sola dilectione omnis virtus virtutum nomen accipit, & in eadem virtutum omnium bona consistunt.*

Adhuc dico haereticos laborare annona & caritate bonorum operum; quod et si concedamus gratis eorum opera personalia esse bona & salutaria (quod non se habet) pauca sunt ipsis & exigua collatione ad recte Catholicos. Enimvero haereticis sunt tantummodo propria & personalia Catholicis autem, & personalia, & quaecumque, perficiuntur a quoque individuo omnium nationum, per universalem Ecclesiam. En aest Propheta testimonio suo confirmans.

Pal. 118. *Particeps ego sum ornatum imitacionis te, & custodiuntum mandata tua. Quem locum exponens S.*  
Ambrosius serm. 8. ait: *Sicut membrum particeps esse Vide Capitulum totius corporis, sic coniunctum omnibus imitacionib[us] Deum.* Nonne hoc ipsum indicat inter cetera, Rom. ad articulus ille symboli nostrae fidei, *Sanctorum communione?* Cuius communionis sanctorum quia non sunt participes haeretici, geras duco eorum opera, singula. *Quod parum est, pro nihilo reputatur, ait quidam.*

Multò minus aestimo ea omnia simul sumpta opera, quod nihil sint maximæ omnium virtutes, ni communicent merito eis Christi Domini, & capitibus nostris; cuius influentijs nullis participant haeretici, ab eius corpore mystico resecati. Maxima igitur fama cessisse foro, & defecisse à fide; cuius causa nec bonū, nec meritum esse potest quod sit. *Et in domo mea non est panis, iure dixerint haeretici.*

D. Hieron. super Isa. 8. 32. & D. Amb. de Ioseph. Fames est ignorantia veritatis & discessio à filo, quoniam non est qui faciat bonum.

II. Præterea eagent heretici cognitione Dei: neccen  
Heretici eum noverunt, nimio perfectius eum cognoscens, sine cognoscere & perscrutari potius quam perfectè colere; quoniam cognitione Dei, caligine osculis solis rutilantem rotam non videbat. Terent. quia lumen firmius ut aquila in splendore eius difficit. Faciunt intelligendo ut nihil intelligent, apud illam quadretur in hereticos.

D. Greg. l. 20. Moral. c. 10. Immoderatis namque subibus cognitionis superna scientiam quo plus appetunt, plus amittunt.

Pla. 63. Defecerunt scrutantes scrutinio: accedit honestus ad cor altum, & exaltabitur Deus.

Quo perfectiorem Dei scientiam temere afflant, eo longius dimouentur à cognitione Christiana.

Pro. 1. 23. Scrutator maiestatis opprimeretur à gloria. Adhuc non dicendi heretici pati famam scientie sine veritate. 2. Timot. 5. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes?

Fugit ipsos scientia, veritas, dubiorum saluio, quia missam fecerunt columnam & basim venter Ecclesiam.

1. Timot. 5. Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

Si in scriptis est ipsis veritas, sensum germanum, rerum, catholicum non obstinuerunt veritatem revertunt in mendacium, quia non sunt de corpore quod regitur spiritu & veritate.

Joan. 14. Pater alium Paracletum dabit vobis, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Ideo docebit omnia.

Donec ab Ecclesia, domo ipsorum patria fuerint heretici, distorquebuntur fame ista, carientia ventris, regestate & fame steriles, ut ait Job.

Iob. 30. Psal. 58. Famem patientur ut canes, & circuibant circumitatem; insit David; quem locum interpretari habet dicitur.

## CONCIO SEXTA.

265

de hæreticis, prout & de Judæis: nam si Judæi sunt canes famelici quia occiderunt panem vitæ, & hæretici qui se priuauerunt veritate. Contrectabant Iudæi litteras sacras, legebant, voluebant, nec tamen intelligebant, reficiebanturque.

Psal. 106. *Esiurientes & sitiientes, anima eorum in malitia secebat,* : ita hæreticis sunt sacra Biblia : ea volunt, revoluunt, docent, interpretantur quicquid eorum ore fluit & calamo scriptura sacra est; præter eam nil crepat; ast pro�us non intelligunt.

D. Hieronymus epist. ad Paulinum de omnibus diuinæ hist. libris. Tenuerunt signatum librum, & ad sensum suum incongrua aptant testimonia; scripturam trahunt repugnantem.

D. Greg. tomo 1. li. 8. moral. c. 2. *Neque enim hæretici inquisitionibus suis veritatem conantur assequi, sed uitores videri.*

Non ingrediebantur Iudæi sanctuarium sacrarum litterarum; circumlustrabant solum.

Psal. 106. *Circuibunt ciuitatem: viam ciuitatis habent, taculi non inuenierunt.* Hæretici quoque occupantur circa corticem, & literam.

Psal. 11. *In circuitu impij ambulant.*  
Job. 30. *Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas & arborum cortices.*

In solitudine, infit, id est, extra vniuersitatem Ecclesie, rodunt & deradunt scripturarum corticem, vt capita ligni: ast non magis attingunt verum, internum, genuinu sensum, quā catellus edetulus ossis medullā.

D. Greg. tomo 1. lib. 20. Moral. c. 11. *Exterius quippe illam contrectant, cum quidem conantur, sed non ad eius interiora perueniunt: elationis sua obice repulsi in sacro eloquio magna & iniama percipere nequeunt, sed vix in illo quadam tenera & exteriora cegnoscunt.* Totum illud caput D. Gregor. pulchrum est.

Idem lib. 16. Cap. 3. in cap. 22. lob. in illud. *Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem:* Hæretici, quo veritatu soliditatem non tonent, eo non unquam studebant, ut loquaciores appareant; & contra Catholicorum

R. 5

fides

*fidem quasi de doctrina scientia gloriante.*

*Idem l. 20. cap. 10. Ea solummodo querunt quoniam  
doctos atque loquaces demonstrant illa scire appetunt  
quibus singulariter eruditus videantur.*

*Dicitur haereticis ergo dixerimus: Facta sunt vestigia  
in regione illa; qui non nisi corticibus vescuntur. Ipse  
optimè conuenit. Et ipse caput egere; si vera loquuntur  
Latini, afferentes, quod is propriè eget quia aliquid habet,  
& aliquid non habet; etenim haereticis ut & Ca-  
tholicis sunt sacra eloqua; ast non verus seculis, va-*

*Plutarch. prura haereticorum: denorant sacra eloqua, ut Enoch  
Gen. 3. volumen: crebro ea ore versant, ut Ezechiel: reducunt  
Num. 22. à stomacho plures sacrae scripturae sententias. q. beccal.  
Persius in las, bolosuē Elotes temulēti; etenim ipsis vete dilatato  
Prōemio. quereruntur, crepate cūq. ni depromerent suum, sententiam  
est: ast arbitrari ab ijs intelligi quę loquuntur, ut capie-  
bat serpens Euā deceptor q. pferebat verba; aut alia  
Balaam, inuectiuam, aut Cetaris p̄mittacū suum q. q.*

*Helliōnes sunt haereticorum librorum, sed non intel-  
liguntur. Et orum Putasne intelligunt quę legunt? Enī quoniam  
gestatē lapsi sunt haereticorum, ab Ecclesia discedentes,  
in qua minorū qui que abundant panibus istis.*

*Laborat & alia penuria ipsorum regio, nempe pri-  
uatione corporis Dominici, vero cultu Dei, & grāns  
Spiritus sancti, qui cum eiusmodi palantibus com-  
mercum non habet. Quod obsequium, quem calum-  
nitus collentes? Qui Spiritu Iesu Christi vivificantur,  
qui tanquam membrum putre deciderunt a corpore  
mystico eius? Palmes proferatne botrum ni viti adhe-  
reant, & à radice succum trahant? Brachium meum vi-  
tam sumat ab anima separatum a corpore? Nec haer-  
eticus influentias gratiarum? Spiritus sancti suscipiat,  
disiunctus & separatus a corpore Iesu Christi.*

*Ast quanta famē, quanta egestas illa, vero facili-  
cio desituit? Quanta paupertas epulo illo pīnari, sic  
quo vita duci nequit, inquam, corpore Iesu Christi in  
sacramento altaris? Quid vos quām mortuāce d.  
haereticorum? Non legistis,*

*Ioan.*

#### IV.

*Haereticorum  
sine facri-  
ficio, cul-  
tu vero,  
gratia  
spiritus  
sancti.*

Joann. 6. Nisi manduaueritis carnem filij hominis. & biberitis eum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. O Pernitiosam famem! Valida fames in regione illa. Quæ iterum ipsis fames, nunquam refici posse, vt tales sunt, gratijs spiritus sancti, quæ nunc regulanter non sunt, quam per sacramentorum tubas, quorum aut omnium, aut aliquorum contemptores & blasphemari sunt? Dignæ fames, digna flagella ijs qui sponce ab Ecclesia defecerunt, omnium bonorum promptuatio. ure optimo ò Christe Iesu Aquam las. Iob. 22. s non dedisti, & esurientes subtraxisti panem: Nou diuidis gratias tuas, neque epulas pretiosi corporis tui fame rabiens cibis illis, qui nihil eas duecebant, cum rbertum omnia affluenter sibi. Verum, mittamus apostatas & defectores istos, & resumptis primis vestigij, conemur prescribere ordinem, medicamen, diætam peccatoribus iugi fame distortis.

17. Certo mihi persuadeo, ò Auditores, quotquot **Dixit ea** laboratis esurie inexplibili creaturatum, certo, tute, medicina iucundè, quid ultra cupiatis: eam pulsam iri, admisso animo & gris. in vobis amore perfectio Dei vestri, in quo, per quem, à quo omnis satietas, tum quia siuis verus, & ultimus, necnon centrum naturale animorum, in quo omnis creatura quieticit: tum quia magnitudo eius immensa excedit infinitis parasangis capacitatem, quamvis ad instar abyssi omnium animorum: tum quia plura in se continent bona, quam intellectus humanus comprehendere queat; & voluntas humana appetere: tū quia ipse est verum & solidum bonum; non inane, ymbrati- cum, pictum, fictum, vt cætera: tum quia tria optimè tribus conueniunt: sacratissima Trinitas in uno Deo, cum triplici animorum nostrorum facultate: tum quia Deus est spiritus, & eluriens animus noster spiritus: tum quia spiritus naturaliter agere posset in spiritu: tum quia non minuitur bonum illud mul- **D. Thoms.** tis communicatum, vt alia bona, vt opes & faculta. in ritmo tes; Nec sumptus consumitur; haud secus quam calor, desacra- nitorque solis non minuitur mihi, quia in plurimos a- mento ali- lios quoq; diffusus: tū quia Deus bonū est, q; nemo à taris. nobis

**Luc. 10.** nobis tollat, ni nos ipsi ipsum faciamus missum; **M-**  
**9.** **ria optimam partem elegit qua non auferetur ab ea, cum**  
**10.** **qua nobis Deum eo modo diligentibus, nulla ipsi**  
**sppeteret iusta causa protrahendi langores nostros**  
**in solita fame, quam ideo finit ut defectus vescantur**  
**nostros. Medicamen istud tutissimum est, ut vetus**  
**Hippocrates, nec similem sciens medicus animorum**  
**nostrorum nos fallat; qui in aphorismis suis Evangelicis**  
**sic habet.**

**Matt. 11.** *Venite ad me omnes qui laboratis & innati-*  
*efis & ego reficiam vos; me debor, satisfaciem vobis z-*  
*gatis, & fame laborantibus.*

**Ibidem:** *Tollite iugum meum super vos, & inuenient*  
*requiem animabus vestris.*

**Quid iugum, quid requiem dicit?** *vniuersum Dei*  
*iugum, lex Dei est: vniuersa Dei lex, amor est.*

**Rom. 13.** *Nam non adulterabis, non occides, &c in loco*  
*verbo instauratur, Diliges: vniuersum igitur Dei iugum*  
*amor est. Quid vero in me producat? Amoris, aman-*  
*tium illud poculum? Inueniatis requiem animabus va-*  
*stris. Inuenietis, quod queritis. Ecquid? Requiem, sa-*  
*tietatem, saturitatem animis vestris, Inueniatis, expe-*  
*riemini, effectu probabitis animos vestros nupti au-*  
*xios, famelicos, distractos, querenda sexcentis in lo-*  
*cis & rebus satietati, in me solo plene contentos. Non*  
*ne id ipsum alio loco expresse spondet?*

**Ioan. 4.** *Qui diberit ex aqua quam ego dabo ei, non si-*  
*tiet in eternum: sed aqua quam ego dabo ei, si in te fonte*  
*aqua salientis in vitam eternam?*

**Hec fratres, ut promptè fami in nobis inexplicabiliter**  
**occurri potest! Quid citius fiat, amore?** *Cito, iude.*  
**Quid turius amore?** *Tute, tute. Quid lucundus amo-*  
*re?* *Iucunde, iucunde, sanabimini, si amaueritis. Sine a-*  
*more, amara cuncta. Heus, peccatores stibundi, et*  
*quid ad aquas salsas creatorum, & sicut provocantes*  
*properatis? Ecur non potius ad eum, qui vult & po-*  
*test sicut vestram depellere, explorareque vocat, noui-*  
*tat; venite: pollicetur sanitatem: Et ego reficiam vos.*  
*Ecur alacres non prorumpitis,*

Psal. 41. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum;  
quando veniam?

Psal. 72. Quid mihi est in celo, & à te quid volvi super  
terram?

Pollicetur refectionem: Non esurient neque sifient Apoc. 7.  
amplius.

Siquis adsit, ecquis ambigat: non de numero siti-  
culorum, qui nesciunt lamberit statuas salis, neque  
hauleat saltorum fluminum vndam; adhæreat Deo,  
sub umbra amoris eius: non faciat cum misere, furi-  
tum ut nunquam acer illa siti, rabidaque fame labo-  
rit. Quo tendas iter, ut melius habeas;

Ioan. 6. Domine ad quem ibimus: Verba eterna vite  
habitis.

Tobiz 10. Omnia in te uno habentes, non te debemus  
dimittere.

Psal. 23. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Grc-  
cis est: Dominus pascit me, & nihil mihi desert; supera-  
quas refectiones, educavit me. Effectu vociferatur mun-  
dus, deficio, defero. Clamat Deus; persto, reficio, im-  
pleo: tantum ergo vos deponenteis infania, ut missa te-  
ficienze sectemini deficiente. Colite, adorate ori-  
entem, non occidentem. Imitabimini nunc S. Augustinum  
cum adhuc ageret in regione umbra mortis, & pec-  
cari.

D. Aug. Soliloq. cap. 13. Mundus clamat, deficio; tu  
Domine reficio: & miseria mea prava magis sequitur de-  
ficiente quam reficiente.

Ila. 55. Quare appendit argentum non in panibus, &  
laborem vestrum, non in saturitate.

Psal. 4. Filii hominum usquequo grani corde? ut quid  
diligitis vanitatem & queritis mendacium?

Quintus mentis stupor in filios. Adae diffusus, ut  
diligent vanitatem, creaturem sectentur, & perdire de-  
pereant mera figura, quæ satiare velle videntur,  
nec queunt! In solo Deo satietas. Fazit optimus Deus,  
fazit sanctissima sua gratia, ut pendente hoc nouo  
iustitio, alibi non queratis satietatem, quam in ipso:

168

DE FILIO PRODIGO


vt resumptis viribus rediens exspirante iustitio capi  
prosequuturus vos non deprehendam fameli-  
cos; adeoque impeditos sequi quo  
cæpistis pede. Amen.



*Gloria Deo; Virginig Matr*



lio d.  
erco  
ua re  
unq  
realt  
egum  
tuan  
Gado  
tempo  
m. e  
n'au  
exco  
joua  
neg  
fatu  
pediat  
Quil  
e quod  
n'len  
l. Q.  
medit  
azze, R  
mag ob  
nileto  
inimi  
erjim  
is, &  
Para  
id age  
ren in  
habet  
habet?  
senti  
fou  
n, ol  
oco d  
inon  
recce  
s her  
glori





БУГАС НА ГДИ ГУСТ  
СТАЛЕНКЕ ВЪЗДИ

WILHELM  
HANAU  
T. J.

Th

3306

